



COMMODIANI CARMINA

RECOGNOVIT

ERNESTVS LVDWIG

PARTICVLA PRIOR

INSTRVCTIONES

COMPLECTENS



LIPSIAE
IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI
MDCCCLXXVIII

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEVBNERI.

CAROLO LEIMBACH

GOSLARIENSI

PRAEFATIO.

Edenti mihi nuperrime Commodiani Carmen Apolegeticum amici nonnulli persuaserunt, ut Instructionum quoque nouam editionem pararem. Itaque cum iam coepissem opus apologeticum typis describere, a consilio editionis institutae sic discessi, ut libellum recognitum loco particulae secundae ponerem; inde autem factum est, ut ea, quae in prolegomenis de libro ms. et de editionibus aliisque subsidiis referre debebam, releganda omitterem in praefationem particulae prioris. Tum uero, quoniam ab initio mihi non fuerat in animo Instructiones recognoscere, cum praesidia certa ad editionem nouam adornandam praesto non essent, paucos locos ex recensione Francisci Oehleri dedi, quae et a uerbis nostrae et a numero ascripto differt. Ea igitur, quae omissa quaeque mutata sunt, nunc addenda atque corrigenda proferantur. Ac primum quidem de Carmine Apologetico dicamus, cuius editionem principem J. B. Pitra, uir et elegantia ingenii et doctrinae copia insignis, anno 1852 in Spicilegii Solesmensis t. I Parisiis (apud Firmin Didot fratres) typis curauit imprimendam e codice in bibliotheca maxima Thomae Phillippsii Middlehillensis adseruato, quem (cf. prolegg. p. XVII) refert 'nuperrime allatum ex Italia, quasi e uetere libraria Bobiensi; scriptum qui-

dem', inquit, 'longobardico charactere, intermixtis tamen apicibus francicis; et iis passim inspersum mendis quibus scatent libri aeuo Carolino antiquiores; sic uno tenore exaratum, ut uel in ea parte, quae carmina continet, nulla sit uerborum, nulla uersuum distinctio; ....in quo inerant nonnulla DD. Augustini et Hieronymi opera: fol. I., Augustini de Vera religione etc... Deinde:

Incipit argumentum Augustini episcopi ad Aypium episcopum (fol. 182r°). Sic inscripto hoc titulo, caetera desunt, pagina uacua; uerso autem folio, sine ulla aut auctoris aut operis inscriptione, abrupte incipiebat cum incondita et indistincta scribendi stribligine:

Quis poterit unum proprie Deum nosse coelorum nisi quem his tulerit ab errore nefando. Errabam ignarus spatians spe captus...'.

Inde a uersu 974 ad finem membrana uetustate ac madore adeo corrosa est, 'ut interdum nil nisi euanidum exstet'. In appendice editionis (I p. 537 sqq.) Pitra addidit specimen criticum Duebneri lectionibus auctum. Sex autem annis post quam editio princeps prodiit, idem uir doctissimus in Spicileg. t. IV p. 227 sqq. Carminis Apologetici caput ultimum (inde a u. 1014 ad u. 1053) auxilio apographi, quod Thomas Phillipps folium ultimum codicis Mediomontani diligentissime scrutatus confecerat, restitutum iterum edidit. Exoptatum uero nuntium de reperto Commodiani nomine attulit, cuius uix fragmina e membrana primum recognoscenti emicare uidebantur. cf. Spicil. t. IV. praef. p. II. — Secuta est commentatio Adolphi Ebert, quae exstat in quinto uolumine actt. soc. litter. Reg. Saxon. (Lips. a. 1868) hac inscriptione: 'Tertullians Verhältniss zu Minucius Felix, nebst einem Anhang ueber Commodians

Carmen Apologeticum'; in ea dissertatione ille scriptor litterarum aeui Christiani Romanarum peritissimus suppellectilem multarum coniecturarum criticam suggessit. Neque minus laudandus est Carolus Leimbach, qui in programmate Schmalkaldensi (a. 1871) de Commodiani Carmine Apologetico scripto perobscuri poetae inlustravit rem metricam, grammaticam, criticam. Proxima est aetate recognitio Hermanni Roenschii a. 1872 edita neque critico solum adparatu adornata sed etiam commentario uberrimo atque luculentissimo; in ea recensenda Hilgenfeldus nonnulla coniectauit in 'Zeitschrift für wissenschaftl. Theologie a. 1872'. Tandem ea, quae ipse in Philologi t. XXXVI, 2 p. 285 ad 304 de u. 1—200 Carm. Apol. disserui, legentes uelim certiores facere me iam anno 1875 exeunte scripsisse. — Sed iam eos Instructionum locos percensendos esse puto, quos in editione Carm. Apol. nostra cum lectionibus huius nouae emendatis nondum collatos laudaui. Mutanda igitur sunt haec:

praef. p. VII ad u. 11: Legis narrata Instr. *2, 1*, 21; p. VIII ad u. 37: exercite Instr. 2, *27*, 1; p. IX ad u. 52: Instr.... 2, *15*, 5; p. XI ad u. 71 sqq.: delendum est *incinefacta Instr. 1, 41, 12*; p. XIII ad u. 104: dele *fortunatum Instr.* 1, 2, 12; p. XXIII ad u. 393: lege Instr. 2, *4*, 3; p. XXIV ad u. 421: dele *Instr. 2, 1, 1*; deinde lege: Instr. 2, *33*, 3; p. XXXIII ad u. 784: lege Instr. 2, *39*, 8; p. XXXV ad u. 859 lege: Instr. *2, 1*, 16 (pro *1, 42*, 16); p. XXXVII ad u. 919 lege: Instr. 2, *12*, 14; deinde: Instr. *2, 1*, 28; *2, 1*, 21 (pro *1, 42*, 28; *1, 42*, 21); p. XXXIX ad u. 974 l.: Instr. *2, 1*, 37; ad u. 977: Instr. *2, 1*, 40; p. XL ad u. 997 l.: Instr. 2, *2*, 4; ad u. 1004: Instr. 2, *4*, 9, qui locus nunc aliter legitur; ad u. 1006: Instr. 2, *2*, 15; 2, *29*, 12; ad u.

1018: Instr. 2, *2*, 16. 17. Deinde in indice uerborum haec corrigenda sunt: s. u. *abscondere* Instr. *2*, *1*, 1 (pro *1*, *42*, 1); s. u. *aeramen* Instr. 2, *10*, 19; s. u. *Altissimus* Instr. 2, *8*, 3; s. u. *finis* Instr. 2, *4*, 3; s. u. *indisciplinatus* Instr. 2, *16*, 21. *2*, *35*, 11; s. u. *iocundari* 2, *17*, 6; s. u. *namque enim* 2, *8*, 8; s. u. *a longe* dele: *abintus* (Instr. 2, *23*, 2); s. u. *milia* lege Instr. 2, *39*, 8; s. u. *stare* l. Instr. 2, *28*, 10; s. u. *suppetium* l. Instr. 2, *2*, 15; 2, *29*, 12. Cum ex incommodis horum additamentorum legentes molestiam traxerint, nunc, ne occasioni desim, illam commodorum compensatione lenibo. Adferam igitur, ut adparatum criticum augeam, lectiones, quas uiri doctissimi, cum editionem nostram in acta diurna referrent, recipiendas in textum commendauerunt. Atque Hilgenfeldus (cf. eiusd. Zeitschr. f. d. w. Theol. XX p. 565 sq.) u. 2 ingeniose quidem *Nisi quem Iesus* (= ı̅s) *tulerit* coniecit, sed, cum Commodianus 'Christi' nomine sexcenties usus 'Iesum' nunquam adpellauerit, eam lectionem dubito reponere; mihi nunc codicis scriptura *Nisi quem is tulerit* comprobatur, quam B. mihi suasit Dombart (cf. Jenaer Literaturzeitung 1877. N. 52. p. 797). Restituo cum eodem u. 36: *Cur similemus* (deleto *nos*); u. 381: *plurimis*; u. 431: *fas est credere*; u. 435: *satis una*; u. 496 *saeuire*; u. 526 *pro illo et pro nobis*; u. 561 *ast*; u. 913 *Nec se adinueniunt, in quo sint tempore, bruti.* Praeterea eodem loco haec proponuntur: u. 32 *discite, quapropter moriamur nati, prudentes*; u. 943 *exspectant quoniam resurrectionem quae futura.* Iudex autem uerissimus ac doctissimus, cum locos quosdam metri causa emendatos Instructionum ratione laudata impugnet, uelim attendat atque animaduertat hexametros Carminis Apologetici ualde esse numerosos ac minus claudicare, quam uersus acrosti-

chorum, quae carmina uena fluunt pauperiore; acrostichidis enim ratione poeta nimis coercitus fuit. — Deinde ea non sunt reicienda, quae in Zarnkii 'Litterar. Centralbl.' (1877) N. 46 p. 1542 subministrata sunt: dico u. 257: *uentum est* (cf. Instr. 1, 18, 6); u. 794: *ulcus* (cf. Instr. 1, 26, 12); nondum placet coniectura u. 971 *pariter Deo cantant.* — Iamque J. Huemer in 'Zeitschr. f. d. oesterr. Gymn.' a. 1878 p. 29 sqq. mihi persuasit u. 97 *potentiae sese*; u. 164 *adhaesit*; u. 245 *ab Isaia propheta*, u. 885 *ab oriente* esse scribendum, neque u. 23 lectionem 'pinguis opibus' fuisse sollicitandam; itaque nunc placet: *si pinguis opibus sibi sit, si Caesare dignus.* Idem mauult u. 2: *nisi quem quis extulerit*; u. 11 *traditos* (cf. u. 81 dictos, u. 458 edictus) *legis*; u. 89 *post facta probetur*; u. 120 *capiebat*; u. 160 *perdere* (pro *icere*); u. 259 *Dominus ipse cuncta*; u. 689 *qui porcum caederat*; u. 755 *terrena* (uel *terrenia*) *sectantes*: u. 940 *mendacium ibi non est et nemini odium ullum*; u. 958 *exsurgunt et escae parantur*, quo loco nunc placet cum Ernesto Boesser (cf. Fleckeisen, Neue Jahrbuecher a. 1877 p. 792) ad codicis uerba *escae parati* redire. Adest denique Guilelmus Schmitz, qui in opusculis inscriptis 'Zur Lateinischen Sprach- und Litteraturkunde' (p. 167—168) u. 437 pro *iurgiat* collatis formis Plautinis iurigare, obiurigare, purigare, expurigare, expurigatio, perpurigare, eleganter quidem sed praeter necessitatem h. l. *iurigat* uocabulum Commodiano imperat. Haec ad uarias lectiones Carm. Apol. augendas uelim adnotentur; ad praefationis autem alteram partem, quae est de Instructionibus, transire non possum, nisi uiris doctissimis, qui mecum illi carmini operam dederunt, gratias egero quam maximas. Atque nunc quidem ego hoc Carmen Apologeticum ualere iubeo.

cum in iis solis haec recensio constituta sit, non alienum esse arbitror accuratius dicere. *Liber Leidensis* (bibl. s. n. 39) chartaceus saeculi fere XVII ineuntis non sine diligentia perscriptus est; nam librarius correcturas multas codicis archetypi superlitas uel in margine repositas addidit, quae in B desunt; cf. moechus 1, 10, 6, moecha 1, 12, 6, uacho (Baccho) 1, 12, 10, periuro 1, 19, 3 etc.; deinde iis locis, quibus codicis describendi lectiones non agnouerat, proxima ductuum similitudine uerborum uel litterarum formam descripsit. Quin in medio uersu ipsum spatium uerbi, quod in exemplari opinor iam euanuerat, duobus uel tribus locis eadem lacuna indicauit. Iamque nostra de fide ac diligentia librarii sententia confirmatur scripturis quibusdam uersuum finalibus, quibus usus ille, quanquam margine minime coercitus erat, exemplaris describendi modum imitatus est. Speciminis loco pono haec:

	A	uera lectio
1, 21, 1	auro in	in auro.
1, 34, 19	semper uiuere	uiuere semper
2, 5, 7	in ante delinquas	delinquas in ante
2, 9, 1	ingruit hostis	ingruit hostis
2, 9, 3	illis ab	ab illis
2, 30, 14	ille requirit	ille requirit.

Sed is, qui librum descripsit, obscuro Commodiani sermone impeditus uidetur fuisse, quominus uerba exemplaris sui omnia recte intellegeret ac rescribe-

ret, ut apographo Parisino Leidensem plerumque postponerem. Litterae *i* et *e* in c. Leidensi saepissime inter se commutatae, cum mendorum genus idem in B deprehendatur, exemplari librarii tribuendae sunt, sed *a* nonnunquam pro *s* scriptum ipsius librarii peccato. Ac ne quid in describendo libro omisisse uidear, correcturae superlitae uel in margine adnotatae eadem manu scriptae sunt, quae carminum textum exaravit. — Alterum apographum, quod in edendis Instructionibus adhibui, est Parisinum (No. 8304 Mss. Latt. bibl. max.), saec. fere XVI confectum; quo libro, cum carmina Commodiani multo accuratius scripta quam A praeberet, duce ita usus sum, ut plerumque, nisi manifesta obstarent menda, altero libro repugnante lectiones huius codicis praeferrem. Atque exempla uersuum magna cum diligentia scriptorum habemus eosdem locos, quibus lacunae in A quoque indicatae reperiuntur; reperiuntur praeterea similes uel eaedem scripturae uersuum finales, quae exemplaris describendi uidentur fuisse. cf.:

	B	uera lectio
2, 5, 7	inante delinquas	delinquas inante
2, 9, 3	illis ab	ab illis
2, 26, 9	nas lucer	lucernae
2, 29, 12	bis a uo	a uobis
2, 30, 6	tor au	auctor

Lectiones autem Parisinas libro Leidensi praestare ex locis his celeriter occurrentibus cognosces:

<table>
<tr><th></th><th>A</th><th>B</th><th>uera lectio</th></tr>
<tr><td>1, 5, 4</td><td>fecerat illi Pyragmon</td><td colspan="2">fecerat faber illi Pyracmon</td></tr>
<tr><td>1, 17, 7</td><td>luxias</td><td>luxorias</td><td>luxurias</td></tr>
<tr><td>1, 21, 3</td><td>seuere</td><td colspan="2">serena</td></tr>
<tr><td>1, 27</td><td>permoueris</td><td colspan="2">permoreris (acrostich. flagitante)</td></tr>
<tr><td>1, 29, 2</td><td>adhaerue</td><td colspan="2">adhaerere</td></tr>
<tr><td>1, 30, 5</td><td>per</td><td colspan="2">semper</td></tr>
<tr><td>1, 35, 21</td><td>Sancta</td><td>Xancta</td><td>Xanta</td></tr>
<tr><td>1, 35, 22</td><td>solua</td><td colspan="2">solus</td></tr>
<tr><td>1, 38, 1</td><td>recalca</td><td colspan="2">recalces</td></tr>
<tr><td>1, 40, 5</td><td>surificia</td><td colspan="2">sacrificia</td></tr>
<tr><td>1, 41, 19</td><td>nec opitulantes (contra acrostich.)</td><td colspan="2">recapitulantes</td></tr>
<tr><td>2, 13, 1</td><td>serenunt</td><td colspan="2">secernunt</td></tr>
<tr><td>2, 18, 17</td><td>demonstras</td><td>demonstris</td><td>demonstres</td></tr>
</table>

Praeterea cf. I 29, 4—8 uarr. lectiones.

Sequitur, ut pauca de correctionibus in B institutis dicam, quarum genera sunt duo. Nam cum scriptor primarius nonnullas lectiones, quas in archetypo superscriptas uel in marginem relegatas legerat, eodem modo rescripsit, ut exemplaris fidem seruaret, tum alter corrector multas scripturas emendauit, duo carmina priore manu in unum redacta in pristinum ordinem coegit, carmen (I, 18) omissum in extremo codice addidit; comprehendi alteram manum signo B² uel B a. m. Neque dubium est, quin librarius alter, qui carmen uere a Commodiano compositum attulerit, codicem aut denuo cum archetypo prioris scriptoris contulerit illudque carmen forte ad calcem reiectum invenerit, aut altero codice usus sit; itaque multum auctoritatis lectionibus secundis (B²) tribuendum est. Exempla haec subieci:

	A	B	B²	uera lectio
1, 1, 8	uarios	uarios	uanos	uanos
1, 20, 3	defuncti	defuncti	defunctos	defunctos (*teste cod. St. Alb.*)
1, 20, 6	aranurae	aranura	aeramine	aeramine
1, 22, 1	hebetari	habetare	hebetari	hebetari
1, 26, 18	inruitum	inruitum	inritum	inritum
1, 35, 10	Cauete	Cauete	Kauete	Kapite
2, 2, 8	laetanti	laetanti	lactanti	lactanti
2, 2, 19	armantur	armantur	cremantur	cremantur
2, 3, 19	augure	augure	angore	angore
	septies	septies	septus	saeptus
2, 13, 9	Sydere	Sydere	Si fidere	Si fidere.

Restat, ut illam de apographo Sirmondi quaestionem instituamus, ex quo Rigaltius editionem principem dedit. Qua in causa Pitra, qui libros mss. nostros in lucem protulit, recte censuit, B codicem illud esse apographum. Sed aliae mihi adferendae uidentur causae, cum ea, quae ille uir doctissimus de notis Rigaltii aspersis et de lacunis editionis Rigaltianae dixit, non minus in B cadant quam in librum Leidensem; quem ne pro apographo Sirmondi habeamus carmine I, 18 et uu. 4—8 c. I, 29 prohibemur; cf. etiam quae in uarr. lectt. ad II, 15 diximus. At contra apographum Sirmondi cum B libro carmen illud de Ammudate (I, 18) praebet, tum uero Rigaltius uu. 4—8 c. I 29 eodem, quem B seruat, edidit ordine multasque lectiones recepit, quae in libro Parisino altera manu scriptae exstant. cf.:

	B²	ed. Rig.
1, 1, 8	uanos	uanos
1, 20, 6	aeramine	aeramine

	B²	ed. Rig.
1, 26, 8	inritum	inritum
2, 2, 16	flammat Amen (!!)	flammat Amen (!!)
2, 2, 18	cremantur	cremantur *alia.*

Neque in editione principe desideratur diuisio ea carminum II, 15 et 16, quam altera manus in B instituit. Praeterea autem illud notandum est, quod Rigaltii de Ammudatis nomine coniectura maximam partem iam eadem altera manu in fine c. 18 adnotata est; cf.:

B²	Rigaltii adnot.
Ammudates ut Hor. *Tyridates.* *Mithridates. Orondates* ud 2 F Lib. I*) Rex Armenior. Quid *Tyridatem* terreat unice securus	Terminatio Persicam uocem indicat, ut sunt *Mithradates, Orondates, Tiridates,* Meherdates

Quae cum ita sint, non dubito, quin B sit liber Sirmondianus Rigaltii, quamuis nonnullae lectiones ab illo ex apographo prolatae aliquantulum ab eiusdem libri collatione nostra discedant; sed iis locis parum diligenter Rigaltium scripturam inspexisse uel indicasse adparet ex multis summae incuriae exemplis. Neque enim solum locis quibusdam ualde deprauatis nihil de apographi lectione adnotauit, sed compluribus legentes etiam celauit scripturam ueram, cum ex duabus lectionibus, dico genuinam ac superscriptam uel in marginem reiectam, manuscriptis alteram ex libro Sirmondi profectam indicaret, alteram quasi suo Marte coniectatam statueret. cf.:

---

*) *h. e. Hor. carm. 1, 26, 5.*

	Apogr. Sirm.	+ ed. Rig.	= B.
I 9, 1	abolla	saraballo	arabalo saraballo (*in marg.* abolla)
I 11, 18	aprmutia	Admeti	aprmutia Admeti
I 27, 10	post cineres	reserueris	ne serueris *uel* reserueris post cineres
II 10, 6	aulá	arma	arma aula
II 12, 14	deduat	dedicat	dedicat, *in m.* deduat
II 15, 2	tuba praesentem	tot prophetarum	tot prophetarum tuba praesentem
II 16, 22	choros historicos	caros histriones	caros histriones choros historicos
II 23, 12	noma ruit	mors ruit	*mors* uenit noma *ruit*

Quam ab causam scripturas apographi Sirmondi in uariis lectionibus non reposui, sed, ut error tolleretur, equidem grauiora iis locis, quibus nostra collatio contra Rigaltianam pugnabat, iterum iterumque inspexi*). — Sed iam ad aliam quaestionem transeamus, quae est de fontibus utriusque codicis. Ac primum quidem manifestum est A ex B libro altera m. correcto minime propagatum esse, cum lectiones Leidenses nimis recedant a secunda recensione alterius codicis. Neque A ex B nondum correcto descendit; nam in priore parte Leidensis copiosior est

*) Librum ms. Leidensem aliquot ll., ubi de ueritate lectionum a me exscriptarum dubitare coeperam, in meum usum uir illustrissimus *du Rieu* benigne iterum contulit.

lectionibus, quae aut uerae sunt aut uerarum seruauerunt uestigia proxima. cf.:

	B	A	uera lectio
I 6, 17	medis erme	medis Ganymedis, *in m.* erme	Ganymedis
I 7, 19	frario	fraeno, *in m.* frario	freno
I 10, 6	marhus	moechus marhus	moechus
I 12, 6	marha	marha, *in m.* moecha	moecha
I 12, 10	uacuo	uacuo, *in m.* uacho	Baccho
I 23, 14	tura in	tera in, *in m.* tyranni	tyranni
I 30, 20	a surio	asurio, *in m.* usuram	usuram
I 32, 7	? ? aeuis euntur bachor aulica	censeun turba choraulica, *in m.* censeuntur bachor aulica	censeant turbam choraulicam.

Deinde B[1] non ex A fluxisse concludere licet ex lectionibus his:

	A	B
I 5, 4	fecerat illi Pyragmon	fecerat faber illi Pyracmon
I 24, 22	dabitis	dubiis
I 29,4-9	Ingrate summo etc. Ipse greges pecorum etc. Ipse pars tua etc. Nec istis etc.	Ingrate summo etc. Te qui nescientem protulit etc. Ipse pars tua Ipse greges Nec istis

In hac discrepantia tamen AB[1] libros artissimo adfinitatis uinculo, cuius causam ex communi archetypo ducatur, conecti demonstratur non minus concentu tot tamque grauium locorum, quam errorum communione et transscribendi ratione. Ac prioris

generis omissis exemplis ex altero haec in medio pono:

<table>
<tr><th></th><th>A</th><th>B¹</th><th>lectio restituta</th></tr>
<tr><td>1, 11, 11</td><td colspan="2">amause</td><td>amauisse</td></tr>
<tr><td>1, 17, 16</td><td colspan="2">uatici manti</td><td>uaticinanti</td></tr>
<tr><td>1, 34, 17</td><td colspan="2">lesteus (sic)</td><td>bestius</td></tr>
<tr><td>1, 36, 13</td><td colspan="2">in parua dictatione
renascelati</td><td></td></tr>
<tr><td>2, 7, 3</td><td>aurta
strofa</td><td>⁊u2ꝉa
strofa (sic)</td><td>stropha uestra(s)</td></tr>
<tr><td>2, 23, 18</td><td colspan="2">tuo
die</td><td>die tuo</td></tr>
<tr><td>2, 24</td><td colspan="2">de male</td><td>de malo</td></tr>
<tr><td>2, 39, 12</td><td colspan="2">digni tosi</td><td>dignitosi</td></tr>
</table>

Hoc loco referenda sunt aliquot uerba uel uerborum fragmina in utrumque apographum ita transscripta, ut agnoscamus imaginem uerborum archetypi male intellectorum depictam esse. cf.:

<table>
<tr><th></th><th>A</th><th>B</th></tr>
<tr><td>1, 7, 8</td><td>Zelo in m. et ιζo (sic)</td><td>et ιζo (sic)</td></tr>
<tr><td>2, 2, 16</td><td>gent eris media par′
tir.′ q seruans</td><td>gent ens (uel eris) media
par tit q seruans</td></tr>
</table>

Mirum autem in modum inter se conspirant scripturae titulorum, quorum index in utroque codice praemittitur. cf. S*y*luanus AB 1, 14. de diis deabusque AB 1, 16. cred*u*nt AB 1, 25. de cruci*s* stultitia AB 1, 36. de Ammudate et deo magno 1, 18 deest in AB¹, sed uterque liber praebet spatium unius uersus, quod in B altera manu expletum est. Inscriptio 1, 26 sic legitur

<table>
<tr><th></th><th>in A:</th><th>in B:</th></tr>
<tr><td></td><td>Repugnantibus aduersus leg.</td><td>Repugnantibus aduersus
leg¹em Christi Dei uiui²</td></tr>
<tr><td>I 37</td><td>qui Iud.</td><td>qui Iud¹aeidiant fanatici²</td></tr>
</table>

Praeterea uide quae ad II, 14. 15 de carminum discriptione diximus.

Sequuntur denique Commodianum in utroque apographo eadem miscellanea, quae triginta fere uersus explentes sic leguntur:

appetit
'Melan. est frigidus et siccus ut terra parum
et parum pōt
Et habet haec inuidus et tristis cupidus dextraque
etc.....'

Itaque dubium non est, quin AB ex eodem codice parente propagati sint, quem fuisse Middlehillensem uerisimile est, nam aenigmata illa, quorum Haenelius mentionem facit, agnoscere mihi uideor in sententiis illis miscellaneis. Iam cum Baluzio teste I. Sirmondus apographum suum ex codice Sancti Albini Andegauensis transscripserit, concludere licet, librum ms. olim Andegau. nunc in bibliotheca Mediomontana adseruari. Haec habui quae de subsidiis criticis nouae editionis dicerem.

In plagula utrique libro ms. praefixa haec leguntur: *Commodiani Instructiones per litteras uersuum primas* (A; in B haec uerba desunt). *Gennadius de Viris Illustribus* A *Gennadius de uiris illustribus uixit a. D. 490* B.

Commodianus dum inter seculares literas (A *litteras* B) *etiam nostras legit, occasionem accepit fidei, factus itaque Christianus et uolens aliquid studiorum suorum muneris offerre Christo suae salutis auctori* (*autori* B) *scripsit mediocri sermone quasi uersu aduersus Paganos. et quia patrum nostrorum attigerat litteras* (B; *patrum nostrorum literas* A, *parum nostrarum attigerat literarum* A in marg.; *parum nostrarum attigerat litterarum* Gennad. ed. Migne t. LVIII p. 1068), *magis illorum dogmata destruere potuit quam nostra*

firmare. Unde et de diuinis repromissionibus aduersus illos uili satis et crasso ut ita dixerim sensu disseruit, illis stuporem, nobis desperationem incutiens, Tertullianum et Lactantium et Papiam auctores secutus studentibus inculcauit (AB; *secutus. Moralem sane doctrinam et maxime uoluntariae paupertatis amorem optime prosecutus, studentibus inculcauit.* Gennad. ed. Mign. l. l.)

Gelasius II de libris apocryphis A,
in B haec uerba expuncta sunt, et altera manu haec adiecta:

*Gelasius**) *episcopus Urbis Romae decreto de Apocryphis scripturis, in Concilio Ro. An. Dom. 494.*
opuscula Tertulliani apocrypha
opuscula Lactantii apocrypha
opuscula Africani apocrypha
?
opuscula Posthumiani et Galli apocrypha
opuscula Montani Priscillae et Maxim illae apocrypha
opuscula omnia Fausti Manichaei apocrypha
**Opuscula Commodiani apocrypha* (in margine haec addita sunt: **non legitur apud Gratianum*) —

Sequitur index carminum prioris libri hic:
1. *Praefatio.* 2. *Indignatio Dei.* 3. *Cultura Daemonum.* 4. *Saturnus.* 5. *Iuppiter.* 6. *De fulmine ipsius Iouis* (deest *audite* in AB). 7. *De septizonio et stellis.* 8. *De sole et luna.* 9. *Mercurius.* 10. *Neptunus.* 11. *Apollo sortilegus falsus.* 12. *Liber pater Bacchus.* 13. *Inuictus.* 14. *Syluanus* (AB). 15. *Hercules.* 16. *de* diis (AB) *deabusque.* 17. *De simulacris eorum.* 18. A praebet lacunam unius uersus; in B inscriptionem *de Ammudate et deo magno* a primario librario omissam altera manus addidit. 19. *Nemesiacis uanis.* 20. *Ti-*

*) Cf. tertiam ad opera Gelasii appendicem: Concil. Rom. I c. 5 ('notitia librorum apocryphorum qui non recipiuntur') p. 163 ed. Migne.

tanes. 21. *Montesianis.* 22. *Hebetudo seculi* (AB). 23. *De ubique paratis.* 24. *Inter utrumque uiuentibus.* 25. *Qui timent et non cred*unt (sic). 26. *Repugnantibus aduersus leg.* (sic AB). 27. *Stulte non permoreris Deo.* 28. *Iusti resurgunt.* 29. *Diuiti incredulo malo.* 30. *Diuites humiles estote.* 31. *Iudicibus.* 32. *Sibi placentibus.* 33. *Gentilibus.* 34. *Item gentilibus ignaris.* 35. *De ligno uitae et mortis.* 36. *De crucis stultitia* (sic AB). 37. *Qui Iud.* A. *Qui Iud*[1]aeidiant fanatici[2] B. 38. *Iudaeis.* 39. *Item Iudaeis.* 40. *Iterum ipsis.* 41. *De Antichristi tempore;* finitur hac c. 41 inscriptione index libri I, cf. quae de librorum diuisione ad c. 42 adnotauimus. Incipit iam uterque codex fol. I⁰ Instructionum opus hac inscriptione: *Commodiani Instructiones per litteras* (*literas* A) *uersuum primas.* Diuisione duorum librorum post carm. 41 in AB indicata cum Oehlero *Libri Duo. Liber Primus* reposui; neglexit Rigaltius hunc carminum ordinem.

1) *Praefatio.* u. 1. *Prima praefatio nostra* AB, *prima* edd. omiserunt. — u. 2. *seculi* AB. — u. 3. *fieri, quod discredunt* AB edd. *f. quoniam discr.* Pitra, Spicil. I p. 543. — u. 4. *Ego* A in marg. edd., *ergo* A in text., B. — u. 5 sq. Lacrozius et Dodwellus sic distingunt: *Fana prosequendo. Parentibus insciis ipsis, Abstuli* etc., cf. Schurzfl. Supplementa quaedam ad C. — u. 6. *abstuli me* edd., *abstulit me* AB; errauit Oehlerus, cum scriberet: 'Legere de Lege' dicit pro 'legere Legem' ut infra 1, 47, 1; nam 'de Lege' dictio uerbo 'abstuli' iungenda est. Ait poeta: 'scriptura sacra usus me abstuli legens'; de quo *de* praepositionis usu cf. indic. uerbb. — u. 6 sq. *legendo de Lege. Testificor Dominum; doleo. pro ciuica turba!* Rig.; *legendo* (*de Lege Testificor Dominum*): 'Doleo pro c. t.' Roenschius in commentar. Carm. Apol. p. 218. — u. 8. *pergit periens* L, *perdit periens* A

(sed in marg. *pergens*), B; *perdit pergens* Rig., Oehl., *perit pergens* Dauisius. — *uanos* B² edd., *uarios* A et B¹. — u. 9. *perdoctus* edd., *perdoctus* (in marg. *perdoctos*) A, perdoct^u^os B.

2) *Indignatio Dei.* — u. 1. *Dominus* AB, edd., *Deus* Pitra Spicil. I p. 543. — *terrae* AB, edd., Rig. in recens. priore *terraeque* scripserat. — u. 4. *indignátio meá*: de *i* consona uocis 'indignatio' cf. bifarios 1, 24, 11, gazophylacio 2, 14, 12, uid. L. Muell. de re metr. p. 243. — u. 5. *Moysem* AB, *Mosen* edd., *Gens rudis ante Moysen* [*iam*] *sine lege morata* Pitra Spicil. I p. 543, sed t. IV p. 225 ad codicum lectionem atque ordinem rediit. — u. 6. *defunctos deos orabant* cod. Sti. Albini Andegau. teste Baluzio ad Cyprian. de Idol. Van. p. 567 (Paris. 1726); *moriētes deos or.* A, *morientes d. o.* B. — u. 10. *Omnipotenti* AB, *omnipotens* edd. — u. 12. *spe fortunata* L, *spem fortunatam* AB, *spe, fortunatum* edd.

3) *Cultura Daemonum.* — u. 1. *exornaret* AB, edd., *ornaret* Pitra Spicil. I p. 543. — u. 3. *dimissi* B edd., *demissi* A. — u. 4—6: *Tanta fuit forma feminarum, quae flecteret illos.* || *Ut coinquinati non possunt caelo redire,* || *Rebelles ex illo contra Deum uerba misere* L, ... *illos, Ut coinquinati non possent caelo redire. Rebelles* etc. edd.; u. 5. *possunt* B, *possent* (in marg. *possunt*) A edd. — *caelo redire,* de datiuo loci cf. praef. Carm. Apol. ad u. 670 et indic. uerbb. — u. 7. *misit in illis* B et in marg. A, *m. i. illos* A edd. — u. 10. *Et tingere lanas docuerunt et quaeque geruntur; quaeque* scripsi pro *quaecunque*, cf. Carm. Apol. uu. 742 et 796; *quaecunque* AB edd.; *quaeque* omisso *et* Pitra Spicil. I 543, idem *tingi* proposuit. — u. 13. *recipi* A edd., *recepi* B. — u. 14. *Unde modo uagi subuertunt corpora multa* cod. Sti. Albini teste Baluzio ad Cypr. opp. p. 571, AB.

4) *Saturnus.* — u. 1. *si deus, deus quando* AB, *si deus, quando* Rig., Oehl., *si deus quomodo* Dauis. — u. 4. *monstruosa* B, *monstruosã* A, *monstrosa* edd. — u. 6. *Nec erat diuinus, se deum esse dicebat* AB, *Nec diuinus erat, sed deum sese dicebat* edd. — u. 7. *Iuppiter* AB, *Iupiter* Rig. — post ~~*sensit*~~ (sic) B eadem m. *sorpsit* praebet, *sensit* A, sed in marg. *sorpsit.*

5) *Iuppiter* AB, *Iupiter* Rig. neglecta acrostichidos ratione. — u. 1. *Iuppiter* AB, *Iupiter* Rig. — u. 4. *fecerat faber illi Pyracmon* B, *fecerat illi Pyragmon* omisso *faber* A. — u. 5. *coelum* B. — u. 8. *autor* B.

6) *De fulmine ipsius Iouis audite.* Ex acrostichide *audite* addidi, quam uocem AB edd. omiserunt. — u. 2. *sic* B, *sis* A. — *censet* L, *censit* AB, *sensit* edd. — u. 3. *nunquid* AB; Oehlerus in adnotat. pro *cur* maluit: *cum . . . infantes, numquid* sqq. — *erītis* cf. *erīmus* 1, 35, 6, *erītis* 1, 38, 2. 2, 32, 11, *feceritis* 2, 39, 5. uid. Luc. Muell. de re m. p. 365. — u. 4. *agit* L, *capit* AB edd. — u. 5. *aetas* AB; codicem Parisinum iterum atque iterum inspexi, sed nihil de scriptura *actus* legi, quam Schurzfl. in supplem. ad h. l. ex apographo Sirmondi adfert. — *cessit* A, *cess~~a~~it* (sic) B (non *cessat*, quod Schurzfl. testatur). — u. 7 sq. *Iouem tonitruare tu credis* ‖ *Natum sic in terris, lacte caprino nutritum* A, *Natum sic* etc. *nutritus* B, *credis: natus hic. . .nutritur* edd. — u. 9. *deuorauisset* L, *deuorasset* AB edd. — u. 9 sq. Pitra Spicil. I p. 543 acrosticho turbato ita dederat: *Ergo si illum uorasset Saturnus in istis* ‖ *Temporibus, quis* [*iam tunc*] *pluebat illo defuncto*? quem ordinem ipse postea uituperauit. — u. 11. *Praesertim mortali* omisso *si* AB; *p. si m.* edd. — u. 12. *et defecit in ipsis* AB edd., *et ibi defecit* Pitra Spicil. I p. 543. — u. 13. *prophe-*

tauit ante praenasci AB, *prophetauit praenasci* edd., *pr. patre renasci* Pitra Spicil. I p. 543. — u. 15. *historiae per uates* AB edd., *per uates historiae* Pitra l. l. — *confectae* B, *confectae* (in m. *confictae*) A, *confictae* edd. — u. 17. *factus Ganymedis amator* ex secunda recensione Rig., qui in ed. pr. *Alcmenes* pro *Ganymedis* scripserat; *Ganymedis* (in marg. *medis*/*erme*) A, *medis*/*erme* B. — u. 18. *Viuis ipse modo simularet* (scil. amorem), *si uiueret ille* L, forte melius: *uiris ipse* cet.; *uiuis* (AB, *uiuos* edd.) *ipse modo similiter amaret, si uiueret ille* AB edd. — u. 19. *coelestes* B. — u. 22. *maeruit coelum* B. — u. 26. *autoritate* B.

7) *De septizonio et stellis.* — u. 2. *Ex eo quid forte Iouem experitis orandum* L, *forte* i. e. ualde; *Ex eo quod* (*que* edd.) *Iouem experitis* (*expetitis* Dauis. Oehl.) *orandum* AB. — u. 3 sq. *Saturnus fertur ibi, sed stella non ille: effugit* ‖ *Expulsus a Ioue. Aut Iouis in stella credatur?* L, *non ille* ‖ *Effugit expulsus* AB; *sed stella, nam ille* ‖ *Expulsus* cett. deleto *effugit* Rig., *sed stella; nam ille effugit* cett. Oehl. — u. 5. *qui* edd., *quoque* AB. — *solusque* AB, *solique* edd. — u. 6. *auem mortalem* AB, *Venerem almam* edd. — u. 7. *Ipsis in* (*in* deest in AB edd.) *sideribus aut Mars cum ista* (scil. Venere; *ipsa* AB edd.) . . . . . *nominetur aduliscens?* respiciens u. 5 (aut Iouis in stella credatur?) correxi; *maritali; deus nominatur aduliscens* Rig., *maritali? deus nominatur aduliscens.* Oehl., *m., d. nominatur ulciscens* Pitra Spicil. I p. 543. — *deprehensus* (*depraeh.* A) B, *deprensus* Oehl. in adn. — *Zelo* (in marg. *et ilo*) A, *et elo* B; *nominetur* AB. — u. 9. *Oni~~m~~ium* (n supra scr.) (sic) (in marg. *omnium*) A, *o nimium* B². *omnium* B¹. — *moechos* L, *marhos* AB, *Maios* Rig., *Magnos* Oehl.;

cf. 1, 10, 6 *moechus* / *marhus* A, *marhus* linea subscripta B; 1, 11, 2 *marhia* AB; 1, 12, 16 *marha* (in m. *moecha*) A, *marha* B, quibus locis non dubium est, quin *moechus moecha* legendum sit, quae lectiones cum scripturae similitudine defenduntur tum flagitantur locorum sententia. — u. 10. *totam mundi naturam* edd., *tota m. naturam* A, *tota m. natura* B. — u. 11. *In uulnera positi* AB edd., *in uulnere p.* Pitra ad Carm. Apol. u. 334 dedit. — *sub fata* (in marg. *facta*) A edd., *sub facta* B, *sub fato* Oehl. in adn.; sed cf. indic.

~~o nimium~~ ^{2}

uerbb. s. u. *sub.* — u. 12. *obscoeni* A, *obscaeni* B^1 (sic), uerba superscripta eadem manu expuncta sunt, cf. u. 9. — *curiosi* AB Rig., Oehlerus cum Dauisio *furiosi* scripsit. — *impiae uitae* edd., *impii uitae* A, *impii uita* B. — u. 13. *mortales* A edd., *mortalis* B. — *terribiles* edd., *terribilis* AB; *omnes* edd., *omnis* (in marg. *o nimis*) A, B; *fortes* edd., *fortis* AB. — u. 15. *bis sena* B, *bissena* A. — u. 16. *tum* edd., *tam* AB. — u. 17. *Et denique uadunt in piscibus : tu quoque probabis?* AB, *Et d. uadunt* (*euadunt* Oehl.) *in piscibus, coque probabis* (h. e. non esse deos coquina ipsa probabit) edd., . . *uad. i. piscibus: tu coque pr.?* Pitra Spicil. IV p. 225. — u. 18. *Lex sine lege* (i. e. fatum) *fugat astra: quod uult esse, ualebit!* L, *L. s. l. fuga uestra quod u. e. ualebit* AB edd.; olim malui: *L. s. l. fata uestra:* cett. — u. 19. *freno* edd., *fraeno* (in marg. *frario*) A, *frario* B. — u. 20. *Ipsi quod uultis erit;* AB, *I. q. u. critis* edd. — u. 21. *quo modo* AB, *quod modo* edd.

8) *De Sole et Luna.* — u. 1. *nobis* AB, in marg. *uobis* A. — u. 2. *Erratis: quae ego prius, putatis oranda* L, *Erratis quod ego prius, put. or.* AB Rig., *quod ut ego prius, p. o.* Dauis. Oehl. — u. 5. *locauit*

edd., *locauitque* AB. — *saeclis* (h. e. temporibus, quae Sole et Luna constituuntur); *seclis* (in m. *stellis*) A, B; *stellis* edd. — u. 6. *antiquus* B, *antiquis* (in m. *antiquus*) A. — lacunam suppleuit Oehl. sic: *Errorem antiquus* (sc. Moses) *quin cum uideret, notauit.* — u. 10. *Vos autem seducunt sacerdotes pauci praui* L, *praui* uersus uocabulum ultimum, quod in marginem redundauerat (cf. A et Instr. 1, 17, 1: deludunt uos pauci scelerati uates inanes), suo loco reposui; .... *sacerdotes pauci* B edd., *sacerdotes pauci* et in margine *praui* A. — u. 11. *Numina* (A, *nomini* B) *qui dicunt aliquid morituro prodesse* AB, *Numinis quid* (*qui* Dau. Oehl.) *dicant aliquid morituri prodesse* Rig. — u. 12. *Accedite Legi et discite et dicite u.* L, uoce *discite* ex margine codicis A repetita. *Accedite legis et dicite* (in
legis
m. *discite*) *uerum* A, *Accedit* ~~*ueris*~~ *et dicite uerum* B, *Accedite, legite et discite u.* edd.

9) *Mercurius.* — u. 1. *fiat* B edd., *fuit* (in marg. *fiat*) A, *fit* Oehl. in adn. — *saraballo* Rigaltium secu-
alo
tus ad codicum fidem restitui; *saraballo,* in m. "*abolla*"
arabalo
A, *saraballo* in m. *abolla*" B; *abolla* (i. e. chlamyde) Oehl.; saraballum h. l. signif. 'Turban', de qua notione cf. Kaulen, Handb. z. Vulg. p. 37. — u. 2. *galea, et ala pinnatus* L, *galea et palam* (AB) *pinnatus* A, *primatus,* quod a m. in *pinnatus* correctum est, B; *galeam aut* (*et* Oehl.) *pileum pinnatus* (*pennatus* Oehl.) edd. — u. 3. *cum,* quod deest in AB, Rigaltius interposuit. — u. 4. *properanti*: A in textu *pauperenti* et in m. *proper*... praebet; *pauperenti* B, *pauperculi* edd. — u. 5. *uos extunc* AB edd., *uos tunc* Oehl. in adn. — *parati* A edd., *parato* B, et in m. A. — u. 6. *quoniam* edd., *quo* AB. — u. 7. *tunc* AB, *nunc* edd.

10) *Neptunus.* — u. 2. *regit* AB, *gerit* edd. — u. 3. *Patet esse deum! Cumatile illi parate!* retinui codd. lectionem, nisi quod *cumatile* pro *cumatilem* scripsi, *Patet esse deum cumatilem illo paratu* edd.—
ci
u. 5. *caementarius* edd., *coementarius* A, *cimentarius* B. — u. 6. *Non moechus et ipse?* cf. uarr. lectt.
moechus
1, 7, 9; *non marhus et ipse* A, *non marhus e. i.* B; pro *moechus* Rig. *Maius* coni., *Magnus* Oehl., qui post 'ipse' non interpunxit. *Num Magnus et ipse Viuere* cett. olim Oehl. legerat. — *quid* Oehl., *quod* AB Rig. — *structuram gerebat* L, *structura g.* AB Rig., *structura merebat?* Oehl.

11) *Apollo sortilegus falsus.* — u. 1. citharae deum: *cytharae d.* AB, *citharoedum* edd. — u. 2. *moecha* L, cf. uarr. lectt. 1, 7, 9, *marhia* AB, *Maia* Rig., *Magna* Oehl. — u. 3. *structuram secutus* L, cf. opera maligna sequentes Carm. Apol. 182, antiqua sequatur ibid. 530, azyma sequitur 689, et indic. uerbb. s. u.
ura
'sequi'; *structuras secutus* A, *structura s.* B, *structor obsecutus* edd. — u. 7. *fallitur qui* Oehl. in adn., *falliturque* Rig. — u. 8. *uerberis* A in text., *uerbenis* A in m., B, *ueruecis* edd. — *scire bicorde* A. — u. 9. *enim* AB edd., *exin* Oehl. in adn. — u. 10. *Torruit* edd. ex correctura Rigaltii, qui in textu *terruit* (AB) edid. — u. 11 sqq. *Ille prior tum* (*tu* AB) *qui debuerat deam* (*deum* AB edd.) *amauisse* (*amause* AB), *Lasciuientemque Daphen* (*Daphnem* AB) *sic coepit amare Et amens* (*tamen* AB edd.) *insequitur, dum* (*tum* A) *uult uiolare puellam* (AB) L. Locus obscurus sic explicandus uidetur: ille, qui repulsa lata priusquam ad uirginem mortalem descenderet deam debebat amplecti, Daphnen sic (sc. repudiatus) et amare coepit et amens insecutus est etc.; *Illa prior,*

quae debuerat deum amauisse . . . . puellam edd. librorum auctoritate nimis neglecta; *Illa purior, quae respuerat* Oehl. in adn. — u. 17. *gens* edd., *genus* AB. — *biuio triti* L, forte *uitio* (i. e. deorum) *triti*; *bizo tristi* A, *biyo tristi* B, *uictu tristi* Rig., *typho tristi* Oehl.; Pitra Spicil. IV p. 225 haec adnotauit: graecissat more Africano Commodianus ἀπὸ τοῦ βίου. — u. 18. *A primitia* cod. Sti. Albini apud Baluz. ad Cypr. Opp. pag. 568, Oehl.; *Admeti* et in marg. *Aprmutia* A, *aprmutia* et in m. *aduerti* B, *Admeti*
aduerti *Admeti*
Rig. Dau. — *pecora* deest in ed. Schurzfl. — *refertur* AB edd. praeter Oehl., qui *fertur* legit. — u. 22. *praesciisset* B, *praescisset* et in m. *praecessisset* A.
precessisset

12) *Liber Pater Bacchus.* — u. 2. *Ioue et Proserpina* Dau. Oehl., *et* omis. AB Rig. — *Titanes* B, *Titanas* A edd. — u. 3. *Exspirauit* AB, *expirauit* edd. — pro *enim* Oehl. *exin* in adnot. proposuit. — u. 5. *fato* A edd., *flato* A in marg., B. — *redditus* AB edd., *redditur* Oehl. in adn. — u. 6. *percipit* edd., *praecipiet* A, *percipiet* B. — *hunc* Oehl. in adn., *hoc* AB edd. — *moecha* A in marg., *marha* AB, *Maia* edd. — u. 7. *partu* A, *partu* uel *parta* B, *partum* edd. — u. 9. *Dionysus* edd., *Dionysius* AB. — u. 10. *Baccho* L, *uacuo* in margin. *uacho* A, *uacuo* B edd. — u. 11. *Bacchantur et illi* AB edd., sed sub textu *ut illic* (in uacuo) Oehl. coni. — u. 11 sq. *aut heri calones mimi Eronisque tutores* L, *aut periculones Minermonisque sutoris* AB, *aut periculones Mimnermonisque sutores* Rig.; idem praeterea *Mimnermomerique sutores* ('qui ex Mimnermi et Homeri carminibus in alium sensum consutis et concinnatis risum captabant in theatris') coniecit; *aut periculosae Mimallonesque sorores* Oehl., qui cum edd. uersum 12 antecedentibus iun-

xit. — u. 14. pro *dicturos* mihi placeret *dicendo.* — *numen* A edd., *nomen* B. — u. 15. *rudes* AB, *uides* edd. — *sic* (h. e. proludendo, fingendo, fallendo) *mille* L, *simile* AB edd. — *uincentes* AB, *uiuentes* edd. — u. 16. *permutati* B, *permutati* in m. *moti* A, *permotati* edd. — u. 17. *debuere* L., *debere* AB, *dedere* edd.

13) *Inuictus.* — u. 1. *petra* edd., *patre* AB. — u. 2. *ergo terreno* L, Commodianus enim dicturus est: Si inuictus (Mithras) de petra natus deus habetur, non diuino neque caelesti uos dedistis, sed mortali ac terreno (cf. u. 6: 'terrenus utique fuit'): date uos ei, qui prior est. Iam si petra deum superauit, ad petrae creatorem procedendum est. Quod argumentum a lectione nostra non abhorrere supersedeo multis demonstrare; neque codicum scripturae aduersantur; cum *ergo retm̄o* in AB legatur; pro *retmo* A in m. *rogo* praebet; *ergo retro* edd.; pro *terreno* olim non displicuit *eremo*; — *uos dedistis* : *date priori!* L, *uos de istis* (sc. petris) *date priorem* AB edd. — u. 5. *unquam, non* B, et in m. A, edd., *numquam non* A in uersu; *esset utique, non* Rig. in adn. — u. 6. *monstiuora* AB, *monstruosa* edd.

14) *Siluanus.* — u. 1. *apparuit* AB. — u. 3. *quoniam* edd., *quoq* A, *qūō* B. — *Nam* (= sed) *forte* edd., *non f.* AB. — u. 4. *uenalem* A edd., *uanalem* (uaenalem?) B. — *dominum* AB edd., *deum* Rig. coni. — *empseris* A edd., *impseris* B. — *illi* edd., *ille* AB; Rigalt. distinxit: *dominum, cum empseris illi* (sc. fistulam). *Aspice* cett. — u. 7. *quaere* edd., A (in m. *quaerere*), *quaerere* B. — Ut in seqq. *duat* (L) legamus, monemur cum glossatoris cuiusdam lectione 'donat', quae in A adseruatur, tum simili forma *deduat,* quae II 11, 14 in utriusque codicis correctura
donat *docet*
exstat; *diat* A, *diat* B, *diat* Rig., *sciat* Vonckius Lectt. Latt. I p. 74, *dicit* Dauis., *docet* Oehl.

15) *Hercules.* — u. 3. *mens* Rig., *mons* AB, *gens* Oehl. — *indocilis quoque* AB edd., *indocilisque* A in marg. — u. 4. *absentis Tonantis* AB, *absenti Tonanti* edd. — u. 5. *uouerunt* A in marg., edd., *uoluerunt* AB. — *inepto ut deo* (sc. Herculi) AB, *inepti ut deo* edd.; Commodianus h. l. in enarranda historia errauit, cum homines diceret non Ioui absenti hostias uouisse, sed Herculi (inepto [AB] ut deo orando) Iouis (AB) hostias mactauisse absentis, qui auxilio non fuisset. — u. 6. *Laetandas aras* AB, *lactantes a.* edd., *litandas a.* Pitr. Spic. IV p. 225 coni. — u. 7. *pro rectis* (sc. aris) *de uetusto more colantur* (sc. arae) L, de dictione 'pro rectis colantur' cf. Carm. A 1008: quos pro magno colebant; *prorepsit* (in m. *rexit*) A, *prorexit* B, *colatur* AB, *prouenit....colatur* edd., *prouenit ut...colatur* Oehl. in adn.

16) *De dis deabusque.* — *diis* AB. In carmine hoc AB quidem post uersum quartum imperfecti uersus spatium inserta *I* littera indicant, sed cum argumenti nihil desideretur, manifestum est librarium quendam utroque et tituli et acrostichi loco *i* litteram redundantem intexuisse, ut sui temporis orthographiae rationem haberet. — u. 2. *genesis* AB, 'forte *geneseis*' Pitra Spicil. IV p. 225. — *uobis* B, *nobis* A. — u. 4. *utrimque* edd., *utrumque* AB; post hunc u. in AB unius uersus lacuna exstat, de qua iam supra dictum est. — u. 5. Inter *si* et *tribuunt* in AB spatium quattuor uel quinque litterarum interest. — *genesis* B edd., *geneses* (in m. *sis*) A, *geneseis* Pitr. l. l. — u. 8. *Aut* AB edd. praeter Oehl., qui *at* scripsit. — u. 9. *Furiam, iram caelestem* L, *Furiā ma c.* AB, *Fariam una caelestem* Rig., *Furiam unâ Caelestem* Oehl., qui 'Caelestem' aliam deam adfert. — u. 10. *uirgines* (in m. *nis*) A edd., *uirginis* B. — *coniuges* B edd., *coniungere* A. — u. 11. *daemonia*

(*doemonia* A) *fana* AB spatio aliquot litterarum intercedente. — u. 13. *rationem*: *raoem* (sic) B. — u. 14. *in ultima terra* AB, *in ultimas terras* edd.

17) *De simulacris eorum.* — u. 2. deest aliqua uox uersui; forte *inanem* ex u. superscripto repetendum est. Pitra Spicil. I p. 543 *dum quaerunt* [*mercede*] *uitam* coniecit. — u. 3. *aliis* B edd., *aliis* (in m. *as*) A. — *ex se* Oehl., *esse* B edd. — pro *sub mysteria* Oehl. in comm. *sub mysterio* coni., sed cf. indic. uerbb. s. u. 'sub'. — *falsum* AB edd. praeter Dau., qui *sanctum* proposuit. — u. 4. *Indissimulantes* AB, *Inde simulantes* edd. — *concussi* AB, *concuti* edd. — *numine* A edd., *noie* B. — u. 5. *maiestatemque* AB edd., *maiestateque* Oehl. in comm. — u. 6. *dites moechos* L; locum restitui ex librorum AB scriptura *didemarios* coll. lectt. 'marhus marhia' pro moechus etc. scriptis. Rigaltius legit: *Dindymarios* omisso uocabulo *saepe*, quod Oehl. restituit; olim putabam legendum *diadematos* uel *diademarios*. — u. 7. *Luxurias* edd., *luxias* A, *luxorias* B. — *in eunt* (*ineunt* superscr.) B. — u. 8. *parca* AB, *spurca* edd. — *bipenne* A, *bipenne* corr. in *bipinne* B. — u. 9. *Cum doctrinam suam* (*doctrina sua* AB) *seruant, quid corpore* (*quod cruore* AB) *sanant?* (h. e. allidunt dorsa sua) L, *Cum doctrina sua seruant, quod cruore sanant* edd., in comm. Oehl. *C. doctrinae suae seruiunt, quod cruore s.?* coni. — u. 10. *Respicite, quoniam nonnullos numine cogunt* L, *Respicite* (A, *respuite* B) *quo* (AB, *quod* A in m.) *non illos nomine* (B, et in m. A; *numina* A) *cogunt* edd. — u. 11. *Ipsi* AB, *ipsis* edd. — u. 14. *supplicem* L, *supplice* AB, *simplicem* A in m., edd. — *ne* AB, *ni* edd. — u. 16. *ut* AB Oehl., *et* Rig. — *uaticinanti* A in m., edd., *uatici manti* AB. — *prodiit* (sc. res) *falsa*

L; de consecutione neglecta (prodiit, credatur) cf. indic. uerbb.; *prodit falsa* AB, *prodenti f.* edd., *f. prodenti* Rig. coni. — u. 17. *locuta* A in m., *locutus* in uersu; *locut^{a}us* B.

18) *De Ammudate et deo magno.* Hoc carmen, quod A omisit, in B ad calcem reiectum et altera manu perscriptum est; idque genuinum esse cum genere dicendi, quod sermoni ceterorum carminum tanquam lac lacti simile est, tum artis metricae ratione nobis comprobatur. Atque in retractandis his de natura deorum fabulis quid Commodiano magis dignum est illo carmine de Ammudate composito! Accedit, quod in indice *pr. m.* scripto et libro priori praemisso numerus articuli XVIII pr. m. indicatus est, cui librarius alter postea titulum ascripsit; unde fit, ut illo loco eius codicis, ex quo liber Parisinus transscriptus est, carmen exstiterit. Neglexerunt opinor librarii poema hoc Ammudatis, cum nomen ac naturam dei ignobilissimi ignorarent. Neque nostris temporibus quisquam est, qui certi aliquid professus sit de origine dei ignoti, patria, cultu. Sed ne locum praeteriisse uidear, dum uiri docti probabilius aliquid exquirant, ea referam, quae Carolus mecum Hamannus u. d. de Ammudate communicauit. ‘De deo Ammudate cum uniuersa antiquitas nihil memoriae prodiderit, sane difficilis est quaestio, quis et qualis ille fuerit. Ne de etymo quidem uocabuli pro certo adfirmare licet, utrum a Semiticis linguis petendum sit an ab Indogermanicis. Mihi quidem uidetur Ammudates originem trahere e uoce עַמּוּד (ámmūd) id est columna, qua re antiquitus homines uti solebant ad diuinum numen significandum; columna enim denotat *τὸ ἑστὼς καὶ μόνιμον τοῦ θεοῦ*, ut ait Clemens Alexandrinus, Strom. I, 25,

et erat antiquissimis temporibus quoddam simulacrum dei solaris. Quod etymon si genuinum est, Ammudates quidam deus solis uel lucis fuit, uelut Baal, Hercules, Mithras.' Sed iam ad carmen redeamus, quod extra ordinem in extremo codice Parisino (fol. 35) legitur. — u. 7. *aut* edd., *ut* B^2. — u. 9. *seducit* edd., *seducunt* B^2. — *falsa* B^2, *false* edd. — *prophetans* B^2 (*prophetant* Pitra ex ms. dedit). — u. 11. *Erumpebat enim uenis* B^2, *Erumpebant enim uoces* edd. — *mutata* B^2 edd., *motata* Oehl. in comm. — u. 14. *quot* B^2, *quod* edd. — u. 16. *uiniuoraccs* intellege sacerdotes dei. — u. 18. *gestabant* h. e. colebant. — *deperdere* L, *perdere* B^2 edd., *dementes perdere* Pitra Spicil. I p. 543. — *uultis* edd., *uoltis* B^2.

19) *Nemesiacis uanis.* — u. 1. *Virbium* L, *uirum,* in m. *uirium* A, *uirium* B, *uirum* edd.; hoc l. nomen proprium desiderari ex uerbis hisce 'colere talem aut Dianam dicere lignum' adparet; neque uero deae nemoris numen quodlibet coniungi potest, sed solus deus nemoris ac uenationis Dianae similis uel eiusdem deae sacerdos, quem esse *Virbium,* antiquissimum Regem Nemorensem ac sacerdotem Dianae in nemore Ariciensi cultae, codicum scriptura probatur. — u. 2. *Et* B edd., *aut* A. — *aut Dianam* A edd., *audianā* B, *aut diuam* Gothofredus in adn. ad Cod. Theodos. XIV 7, 2. — *lignum* A edd., *lignium* B. — u. 4. *Ex antro* L, *ex arte* A edd.; emendationis uestigia agnoscere mihi uideor in scriptura
r
ex a~~*n*~~*te* B; lectio restituta commendatur loco Maximi Taurinensis Serm. 32 (cf. Galland. bibl. IX 401) hoc: 'Cum *cellam* ingressus fueris, reperies in ea pallentes caespites mortuosque carbones — si ad agrum processeris, cernis aras ligneas et simulacra lapidea — cum maturius uigilaueris et uideris saucium uino

rusticum, aut *Dianaticus* aut aruspex est' etc. — *ficte* A edd., *fincte* B. — *quod* AB Oehl., *quid* cett. edd. — u. 5. *deum agit* L, *dum agit* AB edd. — *pascit*
a
edd., *poscit* A, *pøscit* B. — u. 6. *Incopriat* A edd.,
r
incopiat B. — u. 7. *adplicatque* Gothofr. l. l. — *simili collegio facto* B edd., *simili collegia facto* (? uel *facta*) A. — u. 8. *deam* (Nemesin scilicet) Gothofr. l. l. — *adornat* AB, *adornet* edd., cf. 1, 21, 5 ut saluant AB. — u. 9. *Ipse* AB edd., *Ipsa* Oehl. — u. 10. *libet* B edd., *liber* A. — pro *eum* Oehl. *deum* in adn. coni.; *eam* Gothofr. l. l. — u. 11. *asse* (= axe) L, *a se* AB edd., *ac ṣe* Oehl. in comm. — u. 12. *afflatum* AB edd. — *numine* B in m., edd., *nōie* B, *no-*
i
mine A. — u. 15. *uiges* edd. A (in m. *urges*), *uxges* B.

20) *Titanes.* — u. 1. *Titanias* (cf. tacitas u. 2)
tutanos[2]
L, *Titanis* A, *titania*[1] B, *Tutanos* edd. — *dicitis* edd.,
itis[2]
II, 16. *Saecularia in totum fugienda.* — u. 1. *expectant* AB. — u. 2. *laxant* edd., *lux ante* AB[1], *laxantes* B[2]. — u. 3. *doceo* AB, cf. 2, 22, 15: non sum ego doctor, sed Lex docet ipsa clamando; olim conieceram *taceo*; *doleo* edd. — u. 4. *caterua* edd., *cateruam* AB. — *spectacula* edd., *ex rectacula* (spec *supra*) A, *exrectacula* (??) B. — u. 5. *comparatur* L, *comparatus* AB, *circo operatur* edd.; olim malui *compar paratur*. — u. 6. *persuades* edd., *persuadis* AB. — *quodcumque* edd.,

es
quocunque AB. — u. 7. *prolis* primo casu, *prolis* AB, *proles* edd. — u. 8. *num* edd., *non* AB. — *uis* B edd.,
??
queis (uel *quas*?)
uia A. — *queis* edd., *cui* AB. — u. 9. *Unctus* Dau. Oehl. Kaelb., cf. 2, 30, 15; *unus* AB Rig. — u. 11. *I* littera initiali inserta lacunam indicant AB. — u. 13. *pro leui* L, *probe* A, *prole* B, *proba* edd. — u. 15. *fidis muneri quo doctores* edd., *fides muneris quod doctoris* AB. — u. 17. *dicentem si uteris* L, *dicentem sicut teneris* AB Rig., *dicente, sicut ten.* Dau. Oehl. — u. 19. ~~*Uiuere*~~ *si* A. — u. 22. *choros histronicos* L, cf. Carm. Apol. 870, ubi nunc cum
caros
Roenschio *in ista histronica* scribere malim; *choros*
histriones
historicos AB, *caros histriones* Rig., *choros, histriones* Oehl. — u. 23. *talis abolere uani reuerentiam* L, (forte *tali Zabulum uanire amentia*); *tali subolem* (AB) *uanni* (A, *uanire* B) *curentia* AB, *tali subolem garrire amentia* edd. — u. 24. *Dum* AB Dau. Oehl., *Eum uita*
iubet
fr. p.? Rig. — u. 25. *iubet* edd., *uiuet* AB. — *iusta*
iusta
edd., *iuxta* AB.

II, 17. *Christianum talem esse.* — u. 1. gemitum:
u
gemitu edd., *gemitum* AB. — u. 2. *Hic* edd., *Is* A,
ut
~~*his*~~ *is* B. — *ut quid* A Rig., ~~*et nunc*~~ *quid* B, *ecquid*
dei missam
Oehl. — u. 3. *Summi demissam* L, *sumi demissa* AB,
um
summi Dei missam edd. — u. 4. *protoplasto* AB, *protoplastum* edd. — *procedere* restitui, cf. 2, 19, 7:
prodere
quaeris procedere Dei sancta; *prodere* edd., *procedere*

AB; olim malui: *demissam.* ‖ *In protoplasto uides poe-*
eris
nam procedere Legis. — u. 6. ergo iam exterus: *ergo*
exterus
iam exteris AB, *eris iam exterus* edd. — u. 9. *cur*
cur illos
illos edd., *curilios* AB. — *persequimur* AB, *prosequimur* edd. — u. 11. uestra: *ūrā* A, *urā* B, *uestrum* edd. — u. 12. *te facis musicis* AB (te facis = confers te, cf. Roensch. Ital. p. 366), *te fucis inficis* edd. — u. 13. *immo* B edd., *imo* A. — *clamat* AB edd., sed forte: *clamat, clamat* leg. — u. 15. *te Christus*
re Christum *te Christus*
edd., *te Christus* A, *te Christum* B. — u. 17. *labora,*
suda
suda edd., *laboras luda* AB. — u. 19. *ad martyres i* L, *ad martyrisi* AB, *ad martyriza* (i. e. 'adsiste martyri, procede ad m.') edd., *Refrigerare* (omisso *si*) *cupis, admartyrizare* Pitr. I p. 543. — u. 20. futuro-
ram in
rum transitu: *futurorum transitu* AB, *futuram in transitu* edd.

II, 18. *Matronis ecclesiae Dei uiui.* — u. 1. *du-*
?
ces L, *Dģ ces* A, *dc̄ ces* B, *domnas* edd., *matrona uis esse Christiana ut saeculi domna* (*domnas* Pitra I p. 543) Schurzfl. — u. 2. *circundas* A. — *serica* edd., *sirica* AB. — u. 4. *cuncta de Zabuli pompa* cod. Sti. Alb. teste Baluzio ad Lact. de Mort. Persec. 16 p. 36 (ed. Bauldri) AB edd. — u. 5. *ornaris* AB Rig. Oehl.,
cincinnos *stibium*
ornas Dau. — *incuuus* AB. — u. 7. *stibium* edd., *stiuium* AB. — u. 9. *corda* B edd., *corde* A. — u. 11. *casto*
claros *castos*
atque pudico edd., *castos* A, *claros* B, *atque pudicos* AB. — u. 12. *lege* Oehl., *leges* AB Rig. — u. 13. *femina marito probata* AB, *feminae m. probatae* edd. — u. 15.

Induere edd., *induite* (ere) AB. — *oportet* AB, *ut obstent* L, uerb. obstandi accusatiuo iungitur etiam 2,20,11 (obstas pacem); sed fortasse *ut poscent* scribendum erat; *ut ostent* AB; *quas optat frigus et aestus* edd.— u.16. *pudica proberis* edd., *pudico* (a) *praeberis* A, *pudico* (ca) *proberis* B. — u.17. *demonstres* L, *demonstras* A, *demonstris* B. — u. 18. *clarissima quondam* edd., *clarissimo quodam* AB. — u.19. *exanimata* edd., *examinata* AB. — *iacens* edd., *iace* (iacens) AB. — *uiduar* (rum) *erecta* (cultibus) AB. — u.20. *p̄ meruit* B. — *comtibus* edd., *comitibus* AB. — u. 21. *fugīte* cf. 1, 33, 7. — u. 22. *lupana* AB, *lupanaris* Oehl., *lupanas* Rig., qui ad nouatum uerbum 'lupana' haec adnotauit: '(feminas) lupanas λυκαιναι. lupas. glossae πορνη lupanaria, meretrix. πορνειον lupanarium'. Sed cum uox 'lupana' ea interpretatione minime fulciatur, locum Cypriani de hab. uirg. c. 12 in medium proferam, quem Hartelius (p. 196) sic edidit: 'fugiant castae uirgines et pudicae incestarum cultus, habitus impudicarum, *lupanarum* insignia ornamenta meretricum'. Hoc loco similitudine dictionum ac collocatione uerborum 'lupanarum' esse gen. plur. nominis fem. 'lupana' mihi quidem comprobatur; cf. *incestarum* cultus — habitus *impudicarum*; *lupanarum* insignia—ornamenta *meretricum*. Inde fit, ut 'lupanarum' uoc. a uerbo 'lupana' sit deriuanda. Ergo Commodiani loco uox *lupana* retinenda est, siue (*cultura*) *lupana*? signo quaestionis posito legitur, siue (*feminas*) *lupanas*. — u. 23. *faeminae* AB.

II, 19. *Item ipsis.* — u. 1. *qui uis* B. — u. 2. *te ornari* edd., *rogare* (te ornari) AB. — u. 3. caeliloquax: *cae-*

us
liloquus edd., *caeliloquax* AB. — *autem* (pro *item*) A.
— *autor* B. — u. 4. *enim prauitatem* edd., *enim enim*
prauitatem es
caritate AB. — *sequentes* edd., *sequentur* AB. — u. 5.
exaltatae B edd., *exaltate* A. — *ceciderunt* restitui,
cf. Cypr. de hab. uirg. 13 (p. 197 ed. H.): 'exaltatae
ceciderunt corruptae turpitudinem foeditatemque me-
iacebunt
ruerunt'. *ceciderunt* AB, *iacebunt* edd. — u. 9. *fae-*
minas q AB. — *taliter* edd., *totaliter* B. — u. 10.
Kapillos L acrostichide flagitante, cf. 1, 35, 10, *Ca-*
lixiuio
pillos AB edd. — *de nigrore linitis* L, *lugro relinitis*
A, *lmigro relinitis* B, *fuligine relinitis* edd.; de nigro-
ris medicamine cf. Cypr. de hab. u. 14 (p. 197):
'illi et *oculos* circumducto *nigrore* fucare....et mu-
tare adulterinis coloribus crinem.... docuerunt'; de
opere et eleemos. c. 15 (p. 384): 'pauperem non
uident *oculi* superfuso *nigrore*, tenebris et nocte con-
tecti'; praeterea uid. de lapsis c. 30 (p. 256); *lixiuio*
(A) scriptura deprauata est a librario ex interpretis
cuiusdam adnotatione de stiuio (uel stibio, cf. 2, 18,
7), quae lectio mihi quoque in mentem uenerat. —
u. 11. *Lunatis* L, cf. Cypr. de hab. u. 13; *leuatis* edd.,
Zonatis A, *Lonatis* (*Z* in *L* correcto) uel *Louatis* (in
m. *Z* ascripto) B; *Louatis* uel *Lobatis* Pitra haud
male Spic. IV p. 229 coni. — *granulatim* edd., *gra-*
tulatim AB. — *depictas* AB, *depicta* edd. — u. 12.
malam medicatis L, *mala med.* AB, *malas m.* edd. —
u. 13. *inaures* Oehl., cf. Es. 3, 18: auferet Dominus
...et anulos et inaures; *in aures* AB Rig. — u. 14.
monilibus
colum AB. — *monilibus* edd., *naturalis* AB, cf. Cypr.
de hab. u. c. 13 (p. 197): Christum induere non
possunt auro et margaritis et *monilibus* adornatae

cett. — *gemmis* edd., *geuus* B. — u. 16. *uestem* L, *ueste* AB, *uestes* edd. — *aut totam Zabuli pompam* edd., *aut tota Zabuli pompa* cod. Sti. Alb., cf. Baluz. ad Lactant. de Mort. Pers. c. 16 (p. 16 ed. Bauldri) AB. — u. 19. *purgas* A edd., *purgat* B. — *sequendo* edd., *sequenda* AB. — u. 21. AB edd. lacunam non praebent, sed cum argumento ac sententia tum abecedaria serie (cf. I, 35) uersus desideratur, de qua re in Iahnii annall. t. 97 (a. 1868) p. 435 Lucianus Mueller disputauit, qui sic fere supplendum esse uersum censet: *XPI seruitio uos toto addicite corde.* — u. 22. *placete* edd., *placere* AB. — u. 23. Zelantes: *Tεlantes* A, *Telantes* (in m. *z*) B. — *fauore* B, *feruore* A edd. — *odorem* AB edd., *adorem* Luc. Mueller l. l.

II, 20. *In ecclesia omni populo dei.* — u. 1. *iustu* B. — u. 5. *obiurgate, ouantes* (AB) *efficite* (B, *afficite* uel *eff.* A) *lucta* L (*luxu* AB); *obiurgatis: o uenter effercite luxu* edd. — u. 6. *Laborat* edd., *labora* AB. — u. 7. *fartus opibus* edd., *factus* A, *fartus*? B; *opidus* AB. — *resistis* AB, *te sistis* edd. — u. 9. *pendit* AB, *pendet* edd. — *ecclesiā* B. — u. 10. *abstinere* AB, *abstineri* edd. — *uides frm̄* AB. — u. 11. *obstas* (uel *obstos* A) AB, de accusatiuo cf. 2, 18, 15; *optas* edd. — *pacē* A, *pac ē* B; obstas in castris pacem h. e.: in uestris castris seditionem ac discordias concitas, dum frater cum hoste pugnat. — u. 12. *fiant ea* L, *sciant ea* AB, *sis ante* edd. — *salua* A, *saluus* B edd. — u. 13. Nec intuis Dominum (*Nec metuis* supra scr.): *Haec intuis dūm* AB, *Nec metuis Dominum* edd. — *praeconio* edd., *praeconia* AB. — *clamante* AB, *clamantem* edd. — u. 14. *iubet* edd., *lubet* AB. — u. 15. *diurna* L; poeta cum multis efferat uerbis misericordiam (cf. semper omnibus

lobba?
omnino diebus), adicit bene 'prandia diurna'; *lurna*
lobbe
B, *lurna* A, *Tobia* Rig. in textu, *Tobo* in adn. — Sed illud Iobba non Commodiani esse, sed glossatoris alicuius recte iam Oehlerus adnotauit, cum *lurco* coniceret. — *cum pauperis* AB, *c. paupere* edd. — *sumsit* A. — u. 18. *proponit* AB edd., *praeponit* Oehl. in comm. — u. 19. *distento* edd., *dissecto* A, *dissento* B. — *declamas* AB, *declamat* edd., qui hoc uerb. seqq. iunxerunt. — *inopiam fratris iuxta tabescet!* L; insequitur minis poetae eum, qui ad diuitem se adplicat pauperisque querimonias aspernatur; *inopiam f̄is iuxta tabescens* AB, *inopia frater iuxta tabescens* edd. — u. 21. *quid* edd., *quod* AB. — *si non ante uacauit* L, h. e. inuita pauperem die dominica, si ceteris diebus ad te adire non potuerit; *si ū* (A, *'u* B) *ante uocauit* AB, *si* (*se* addidit Oehl.) *non ante locauit* edd. — u. 22. *Ex sua sede turba* L, i. e. arcesse de taberna pauperem cunctanter subsequentem, qui ab initio quidem, cum nunquam diuitum epulis accubuerit, in-
Excute
uitus a uulgari consuetudine deducitur. *Ex suo se de turba* AB, *Excita de turba* edd. — u. 23. *In tabulis* AB, '*in tabulis* Noui Testamenti' Rig., qui in adn. *in tabulis* praebet, sed *in talibus* in textu reposuit, quae lectio in edd. omnes fluxit. — *de Christo*
Christo
edd., *de uro* AB.

II, 21. *Marturium uolenti.* — *marturium* AB, cf. u. 1 'marturium fili' et quinti uersus litteram initialem (*Uince*); praeterea cf. Schuchardt. l. l. II 252 sqq.; *martyrium* edd. — *uolenti* edd., cf. u. 10 (*Vincimus*); *dolenti* AB. — u. 1. *marturium* AB, *martyrium* edd. — u. 2 sq. Verborum structura neglecta

Commodianus acrostichide coercitus articulum tertium coordinauit, quem membris antecedentibus subordinatis iungere debebat; *ipse;* ‖ *Rectumque* L, *ipse magis* ‖ *rectum qui* AB, *ipse aut* ‖ *Rectam qui* edd.; *magis* uocabulum a librario ex marginali glossatoris alicuius adnotatione in finem uersus secundi repetitum esse ex lineola adparet in utroque codice superscripta. — u. 3. *delegit* Dau. Oehl., *diligit* AB Rig. — *uitam* AB Rig., *uiam* Dau. Oehl. — u. 4 sq. *felicibus: opta* L, *felicibus apta* AB edd., qui post hunc uersum sententiam finiunt. — u. 5. *uincere* B, *uince* A edd. — u. 7. *et nos* edd., *per nos* (uel *uos*) A, *† et nos* B. — u. 8. *martyrea* A. — u. 9. *quidam* A. — *errant* B edd., *erant* A. — *sāguine* A. — u. 10. Vincimus: *Vincimimus* A, *uinci minus* B, *uicimus* edd. — *q* AB. — *manente* B edd., *menente* A. — u. 11. *adeo* Oehl., *ideo* AB Rig. — u. 12. *paenas* B. — *adactas* B edd., *adactus* A. — u. 13. *Eiula euaque* L, *Eula euoqȝ* A, *eila euoque* B, *eiulatuque* edd. — *zelando...pertunde* AB Rig., *celando...pertundit* Oehl. — u. 14. *uinceris* B, *uiceris* A edd.

II, 22. *Bellum cottidianum.* — *cotidianum* AB. — u. 1. *quaeris* B edd., *quaerit* A. — *quiescunt* AB, *quiescant* edd. — u. 2. *in fine* AB Rig., *infinite* Oehl., *sine fine* id. in comm. — u. 3. *compugna* L, *cum pugna* AB, *pugna* edd. — *illa* L, *illo* AB edd. — u. 5. *copioso* edd., *cupioso* (co *superscr.*) AB. — *illum* AB Rig., *illud* Dau. Oehl., sed mutandi causa non est, siue poeta uulgari sermone usus *uinus* pro *uinum* scripsit, siue *illum* formam pronominis generis neutrius pro *illud.* — u. 6. *retine te lingua: munde Deum adora* L, *retinete linguam unde dūm adoras* AB, *retine linguam, unde Dominum adoras* edd. — u. 7. com-

furorem
pescere furiam: *compescere furiam* AB, *compesce furorem* Rig., id. secundis curis teste Schurzfl. *compesce·refuriam*; Oehl. *compesce nefarium* in textu, *nefariam* (scil. linguam) in comm. scripsit. — u. 8. *oppressus* AB, *oppressos* edd. — *deprimere* edd., *depremere* AB. — u. 9. *Tortorem* AB, *tutorem* edd. — *adcommoda* B edd., *ad commoda* A. — u. 15. *rectum* AB, tenet locum aduerbii; *recto* edd. — *prae zelo* edd., *per seclo* AB. — u. 11. comem: *cōe* AB. — u. 13. *nullo* AB, *nulli* edd. — u. 14. *perit* AB, *periit* edd., *pereat* Oehl. in comm. — u. 16. *uana* AB, *uane* edd. — *qui* edd., *quae* AB.

II, 23. *De zelo concupiscenciae.* — *concupiscentiae* AB edd.; ut concupiscen*c*iae restitueretur ipsa acrostichidis ratio postulabat. — u. 1. *proximi* edd., *proxime* AB. — *abactus* AB, *ab intus* edd. — u. 3. *latrantem* AB, *laborantem* edd.; forte *latrando* i. e. latrans. — u. 6. *omnino* L, *omnia* AB edd. — u. 7. *damnans* AB, *damnas* edd.; Oehl. post 'damnas' interpunctionem maiorem posuit, sed participio 'damnans' restituto uersus septimus (sensu concessiuo) sententiae octaui u. coniungendus est. — u. 10. In AB uersus undecimus (*Unde Deus* cett.) ne initiali (*C.*) quidem littera inscripta u. nonum sequitur. — u. 12. *postea momar* (i. e. stultus, cf. momerium 2,
mors uenit
18, 18) *ruit* L, *postea noma ruit* AB, *post te mors ruit* Rig., *postquam hora r.* Oehl. — u. 13. *conanda* AB, *condenda* edd. — u. 14. *cum Dominus* Dau. Oehl., *cum Domino* Rig., *eum dno* AB. — *uictum diurnum* L, *uu͡ca* A, *uicta* B, *diurna* AB, *uita diurna* Rig., *uitam diurnam* Dau. Oehl. — u. 16. *cur* AB, *cor* edd. — *agis* B, *ages* A edd. — u. 17. *Neque enim dico aut te intimo uictum* L (cf. uictor u. 16); *nec enim*

dico ut te AB, *intimo tuitas* A, *intimo t iuitas* B, *nec e. d. ut te in triuio tinnites* edd.; *te* delere uult Dau.
tuo *tuo* *as*
— u. 18. *die uigilas* A, *die uigil~~ias~~* B. — *maeret* L, *meret* AB, *haeret* edd.

II, 24. *Qui de malo donant. malè* A, *male* B. — u. 1. *uulnere* edd., *uulnera* AB. — *nequam* L, *nequor* AB, *uecors* edd. — u. 2. *cotidie* AB Rig. — (*discre-*
?
dis ‖ *Dominum uidere?*) *Doceris!* L, *doceris* A, *doceris* B, *de caelis?* edd. — u. 5. *erumpnis* AB, *erumpes* edd. — *locum* edd., *locus* AB. — u. 7. *faenerasti* B, *foenerasti* A. — *malum malum* (= pessimum) AB, *malum malo* edd.; de comparatione, quae iterata positiui forma efficitur (cf. malus malus Gruter. 777, 6, bonis bonis ibid. 284, 6, merenti merenti etc.) uide Roensch. Ital. p. 280. — u. 10. *donas tu* AB, *donasti* edd. — *ingratis* edd., *ingratus* AB. — *nanctus* L, *narctus* AB, *nactus* edd. — u. 13. *precio* AB. — ~~*merces*~~ *mercis* B. — u. 15. *inlidis* AB (cf. 2, 1, 39), *inludis* edd. — *alienum* L, *alium* AB edd.

II, 25. *De pace subdola.* — u. 1. *dispositum* B edd., *depositum* A. — *pacem* AB, *pax est* edd. — u. 2. *premit* edd., *praemis* AB; edd. post 'premit' non distinxerunt. — u. 3. *populo* AB, *populi* edd.; forte *praecipitem populum* Pitra Spicil. I praef. p. XXI. — *schisma* edd., *scisma* AB. — post *misistis* sententiam finiuerunt edd. — u. 5. *cohaerentem* edd., *coer-*
?
centem A, *coerentem* B. — u. 7. *nobis* B edd., *uobis* A. — u. 8. *ruistis* AB, *ruitis* edd. — u. 9. *in absconsum* AB, *in absconso* edd. — *quin* L, *qđ* AB, *quod* edd. — *ipsud* AB, *ipsa* edd. — u. 9 sq. *ipsud.* ‖ *De uobis* L, *ipsa* ‖ *De u.* edd. — u. 10. *sese* L, *se* AB edd. — u. 11. *malo* AB, *male* edd. — *nutriti* L, *nutriui* AB, *muniti* edd.

II, 26. *Lectoribus.* — u. 1. *tantum* AB edd., 'fortasse *tandem* reponendum' Oehl. in comm. — u. 5. *iuxta* AB, *iusta* edd. — pro *malorum* Dau. (*iusta*) *malis* coni. — u. 6. *humiles* AB, *similes* edd. — u. 7. pro *agrestina* Oehl. in comm. *agrestia* proposuit. — *benefactis* edd., *benefactus* A, *benefact?us* A. — u. 8. pro *feritis* in adnot. Rig. *feretur* legitur; de producta paenultima *ferītis* cf. erītis 1, 6, 3. — u. 9. *flores* edd., *flore* AB. — *lucernae* edd., *lucer*[nas] AB.

II, 27. *Ministris.* — u. 3. *ludere* edd., *lugere* [*dere*] AB. — u. 5. *susum* edd., cf. 2, 35, 14; *Et rursum* [*S ursum*] A, *et usum*[1] [*sursum*[2]] B. — u. 6. *Tota* AB, *tuta* edd. — *illae sacra* L, *illaesa sacra* A, *ill?osa sacra* B, *sacra* edd. — u. 7. *inde uersis* L, *in diuersis* AB, *in aduersis* Dau. Oehl. — *date* AB, *dare* edd. — u. 9. *Christi* B, *Christo* A edd. — *probati* AB Rig., *parati* Oehl.

II, 28. *Pastoribus Dei.* — u. 3. *remittat* AB Rig., *remittet* Oehl. — u. 5. *faciant* AB, *faciat* edd. — *quae* edd., *qui* AB. — u. 9. *ue* B. — *miserae* edd., *miseri* AB. — *forte* AB, *fronte* edd. — *uacillat* edd., *uecillat* AB. — u. 10. *pene* AB. — u. 11. post 'autem' *se* addidit Roensch. — u. 12. *exhilarantur* edd., *exalaratur* AB. — u. 13. *spes et est* AB, *spes est* edd.

II, 29. *Maioribus natis dico.* — u. 2. *semper* AB, *saepe* edd. — *monitum* L, *monitur* AB, *monetur* edd. — *detractant* AB, cf. 1, 28, 11; 31, 2; *detrectant* edd. — u. 3. *solo* AB, *solum* edd. — u. 4. *pausent* A, *paus?ent* B, *paueant* edd. — *praecordia* edd., *praecordias* AB. — *tanta oratorum* L, *tantoꝫtorem* A, *tantor. ıı torem* B, *tentatorem* edd. — u. 5. *ueritas* B edd.,

ueritus A. — u. 6. *praedixi quidem* edd., *praedix̂ qdem* AB. — u. 7. *Blandiendo* L, *blandiendum* AB, *blandiens dum* edd. — *aeui seductor* L, *euehe ductor* A, *euche* (uel *euehe*) *ductor* B, *eheu, seductor* edd. — u. 8. *nescitis* A. — *laqueo iuste* L, *langueo uistae* A, *laqueo uistae* B, (*nescistis*) *laqueos instare, r.* edd.; forte: *nescistis laqueum stare* (= esse), *r.* — u. 9. *sorbitis* AB, cf. sorbo, sorpsit 1, 4, 7; *sorbetis* edd. — *auarum animum saeculi* L, *auarand̄ sed̄* (AB) *seculi* (A, *$\overset{e}{\text{sae}}$culi* B), *amara, sed est saeculi* edd. — u. 12. *repetit* AB, *petit* edd. — *suppetium* A edd., *suppetitium* B. — *$\overset{bis}{\text{uo}}$* B. — u. 13. *horescunt* A. — u. 14. AB praebent unam *S* litteram in marg. uoce *des*[*init*] ascripta. — u. 15. *uiut* A, *uiub̄* B, *in uobis* L, *uobis* enim in AB saepe compendio scribitur *ut* (A) *ub̄* (B). — *inararem* (i. e. scriberem, cf. 1, 37, 16) AB edd., sed in comm. Oehl. *enarrarem* proposuit. — u. 16. *dicentes* AB, *docent* edd. — *ostenditis* AB, *tenditis* edd. — *pene* AB. — *terrae p. fundamenta* (i. e. gehennam) *paratis* AB, *t. p. f. intratis* edd.

II, 30. *Infirmum sic uisita.* — u. 3. *per nummum* edd., cf. u. 8; *per primum* A, *primum* B. — u. 4. *conciderat* L, *considerat* AB, *conciderit* edd. — u. 6. *mercem det* L (cf. Carm. Apol. 919), *mercedem* AB edd. — *tibi pro illo, sed* L, *tibi, p. i. s.* edd. — *autor* A, *$\overset{tor}{\text{au}}$* B. — u. 7. *pigeret* edd. (cf. Sirac. 7, 39: non te pigeat uisitare infirmum, Vulg.); *pergeret* AB. — *abosum* edd., *abusum* AB. — u. 8. *numos* AB. — *ei* AB, *et* edd. — *resumere* B edd., *resume* A. — u. 9. *foret* AB, *soror* edd. — *lecto* edd., *laeto* A. — *decumbet* B, *decumbat* A. — u. 10. *uitualia* B. — u. 14. *satagit: non* (AB) *uerbus* (A, *uerbis* B); *satagite non uerbis;* edd. — *sed esum* AB, *esum* edd. — ille re-

ille
quirit: *requirit* AB, *requirit* edd. — u. 15. *et* L, *sed* AB edd.

II, 31. *Pauperibus sanis.* — u. 1. *diuitiae* edd., *diuitias* AB. — *adsunt* AB, *adsint* edd. — u. 2. *ars* B edd., *ais* (?) (= aes?) A, cf. u. 11. — *communia* (i. e. communica) AB; cf. alleuiare, confortiare, humiliare alia uerba eodem modo deriuata; *communica* edd. — u. 4. *diuiti* AB, *diuite* edd. — u. 5. *magis* AB, *magni* edd. — u. 6. *non dedit* AB, *odit* edd. — u. 8. *nosti, deriget* (h. e. rigorem lenit) edd., *noštu đ̄iguit* AB. — u. 10. *nihil* AB, *nil* edd. — *inuenissem* L, *inuenisse* AB, *inuenisti* edd. — u. 11. *regatur* AB edd., 'forsitan leg. *degatur*' Oehl. in adn. — u. 13. *procurrere* edd., *procure* AB. — u. 14. *gazo* B edd., *gaza* A. — u. 15. *praetulit* edd., *protulit* AB.

II, 32. *Filios non lugendos.* — u. 1. *et* delet Oehl. in adn. — *dolium* edd., *dolum* AB. — *relinquat* B edd., *relinquunt* A. — u. 3. non pompa: *ū pompa* AB, *nec pompa* edd. — *dolere* L, *dolores* A, *dolore* B, *dolete* edd. — u. 5. *Deum* AB, *Dominum* edd. — u. 6. *martyres* AB, *martyras* edd. — *feceris, sic* AB, *feceris filios sic* edd. — *deflebis* edd., *deflebas* AB. — u. 7. *infrene* A, *infraenē* B, *infraenem* edd. — u. 8. *diducis* AB, *deducis* edd. — u. 10. *Lugere* AB, *luge* edd. — *nolite* AB, *noli* edd. — u. 11. *quod* Rig. Oehl., *quid* Dau., *qđ* AB. — *quâ gentes* AB. — *eritis* (cf. praef. ad 1, 6, 3) AB, *estis:* Rig., *estis?* Dau. Oehl. — u. 12 sq.

Germine zabolico: qua gratia (*gratis* A, *grati* B) *false petistis?* (*petisti* AB)
Exstinctos (*ext.* AB) *clamatis, ut faciatis turbam pronatam* (i. e. pronam) L,

turbe pronate cod. Sti. Alb., *turbae pronatae* AB. Hos

uersus transpositis hemistichiis posterioribus Rigaltius sic edidit:

Germine zabolico facitis ut turbae pronatae;
Extinctos clamatis. qua gratia? (*gratia*, Dau. Oehl.) *false, peristi?*

(*peristi* D. O.). *Quam gratiam false petisti. Exstinctos clamatis, ut faciunt turbae* (gentilium) *pro natis* Pitr. Spic. IV p. 230. — u. 14. *dolore* edd., *dolorem* AB. — u. 17. *deuotus* edd., *deuotos* AB.

II, 33. *De pompa funeris.* — u. 1. *solicitus* AB. — u. 2. *Erras* AB edd., *error* Oehl. in comm. — *et in* AB, *et* omis. edd. — u. 6. *Prouerbio nosti, quae* L, *Prouerbio nosti q̄* AB, *Prouerbia nosti:* (omisso *quae*) edd.; forte e scriptura *Prouerbia* nomen feminae cuiusdam eruendum est. — u. 7. *Addo illi similes effera mente uiuentes* AB, *Adeo illi similes et fera mente u.* edd., qui post *uiuentes* non distinxerunt. — u. 8. *faelicemque* B. — u. 10. *Num prouides* L, *Non improuidis* AB, *Non prouides* edd. — *quonam* edd., *quoniam* AB. — *merearis* B edd., *mer?caris* A. — *ire defunctus* edd., *ne defunctos* AB. — u. 11. Ecce: *Eēē* AB. — u. 12. *paenam* B. — *qd* B. — *pompa* edd., *poena* A, *paena* B. — u. 14. *uigore* AB, *Ueioue* Rig., *nitore* Oehl.

II, 34. *Clericis.* — u. 1. *Congruit* edd. praeter Schurzfl., qui ex Rigaltii adnotatione *congruent* repetiit; *congruet* AB. — *faelicissimo* B. — u. 2. *ut* L, *et* AB edd. — *sumpta* Rig. in adn., *sumpta* A (*sabbata* superscr.), *sumpta* B (*sabata* superscr.), *sub acta* Rig. in textu, Oehl. — u. 4. *Respuis? ne* (*respues de* AB) *forte qua* (*quō* AB) *memorentur* (*memorente* AB) Oehl., *Respicite fonte quo memorentur* Rig., *Respicite quoniam m.* idem in ed. pr. ediderat. — u. 5. *immodico* Rig. ed. pr. — *sumpto* AB, cf.

sumpta diuina u. 2; *sumptu* edd. — *Christo* AB, *Deo* Oehl. (‘ex auctoritate apogr. Sirm.’ [!]). — u. 8. *Sic esse multos* L, *Sic e multos* AB, *Sic multos* edd. — *urgunt* B, *urgum* A, *urget* edd.

II, 35. *De fabulosis et silentio.* — *De fabulis et silentio* B. — u. 1. *cuicumque* edd., *cum cumque* AB. — u. 2. *ruis* A. — *abutere* A. — u. 3. *fabula* A.— u. 4. *diurno* edd., *diuino* AB. — u. 6. *illas* edd., *illos* AB. — u. 8. *obsera* edd., *ob se* AB. — u. 9. *diuitias* (AB) *faciunt* (*satiunt* AB) *aut pecunias fronte* (*frontem* AB) L, faciunt fronte h. e. ostentant; *diuitibus faciunt pecuniae frontem* edd. — u. 11. *initient* Rig., *inicient* AB, *initent* Oehl. — u. 12. *ceu nundinas facitis artas* L, *seu n. facitis artem* AB, *facitis ceu n., artent* Rig.; idem in comm. seruato uerborum ordine: *c. n. facitis artent*; *Et, de domo Dei faciant c. n., artant* Dau., *facitis c. n., ardent* Oehl.; idem pro *ardent* coni. *feruent.* — u. 13. *sibi* L, forte *sic*; *siue* AB, *sane* edd. — *Deus* L, *Dominus* A edd., *dn̄s* B. — *Adesto* AB; deest hoc uocab. ap. edd. — u. 14. *susum* B, *sursum* A edd. — *praecepit* edd., *praecedit* AB. — u. 16. *lympide* AB. — *respondis* AB, *respondes* edd. — *quae promittas* L, *quoque promittat* AB, *quoque promissis* edd. — u. 18. *at* L, *ut* AB, *et* edd. — *tute* AB. — *fabulis* AB, *fabulas* edd. — *uertis* edd., *uer$\overset{?}{b}$is* AB. — u. 19. *subrides* A edd., *subridis* B. — *detrahis* edd., *detrahes* AB. — *formae* edd., *formo* AB. — u. 20. *Indisciplinata* AB, *indisciplinate* edd. — u. 21. *fecit* A edd., *f$\overset{??}{e}$cit* B. — *nec audiat* (*audeat* Oehl.) *neque cernat* edd., *nec neque ornat* A, *nec neque $\overset{?}{o}$cernat* B.

II, 36. *Ebriosis.* — u. 1. *probo* L, *puo* A, *p̧uo* B, *pono* edd. — pro *sed* forte melius *est* leg. — *bel-*

lua maior Rig. in comm., *belluam malo* id. in text., *bellua malor* AB, *belluâ maior*, ‖ *Bibendo* Oehl. — u. 2. *superbis* edd., *supernis* AB. — *inferior amente* L, *interior a mente* AB edd., *inferior mente* Pitra Spic. I p. 543. — u. 3. *Regentes* (sc. ebriosi) L., *Regentis* AB edd. — *tenent* B, *tentent* A, *tenens* edd. — *apud, stulte, Cyclopas* edd., *apud stulte* AB, *ƀclopas* À, *helopas* B; olim malui: *apud stultiloquaces*. — u. 4. *histronicis* L (cf. 2, 16, 22), *his torruis* A, *his toruis* B, *historiis* edd., *his scoriis* Pitra Spicil. I p. 543. — u. 5. *optimum* Oehl. in adn. — *sapire* L, *sapere* AB edd. — u. 6. *quod, quid* B edd., *qđ* A. — u. 7. *paupero* L, *ꝑauꝑdo* A, *pauperdo* B, *pauperclo* edd.

II, 37. *Pastori*. — u. 1. quod: *q̃d* A, ~~*qd*~~ *q̇d* B. — u. 2. forte *pastor* post *adsidue* excidit. — u. 3. tamen: *tn* A. — *immisce* A, *inmisce* B, *inuise* edd. — *repascat* edd., *repascant* AB. — u. 5. *uel māxē* A. — u. 7. *illos* B, *illo* A edd. — ~~*uelint*~~ *uoluit* B.

II, 38. *Oranti*. — u. 2. *de latibuli nequitia* AB, *de latibulis nequitiae* edd. — u. 4. *quin quod* edd., *ꝗ* (A, *qui* B) *quid* AB. — *detur* A edd., *datur* B. — u. 6. *orationem* AB, *orationes* edd.

II, 39. *Nomen Gazaei*. — *Gasei* AB. — u. 2. *Tenente* edd., *te mente* AB; 'Vel *principium* pro dominatione noue posuit Commodianus, uel legendum *Tenente principatum*' Dau. — u. 4. *causa* B, *cāā* A. — u. 7. *quos* edd., *quod* AB. — *ussit* edd., *iussit* AB. — u. 8 *millibus* B. — *completis* edd. (cf. Carm. Apol. 784), *completo* AB. — u. 10. *Comburuntur enim* edd., *Comburunt n.* A, *conburrunt* (with ſ above) *enim* B. — u. 12. *dignitosi* L, *digni tosi* AB; *tamen* B, *tn* A; *Digniores stemmate* edd. — u. 14. *Dei rursum uiuentes* (sc. erunt) *in aeuo* edd., *Dei in aeuo rursum uiuentes* AB. — u. 18. *Nullificantes Deum* edd., *Nulli freantes* (*nulli*

fuantes uel *ferantes* B) *Deo* A. — u. 19. *loquendo* edd., *loqueφ ē* A, *loques ē* B. — u. 20. *In bustis* edd., *imbustis* AB. — *tumulis* edd., *tumulus* AB. — u. 21. *Demergunt inferno* AB, *demerguntur inferno* edd. — *poenam* L, *poena* A, *paena* B, *poenas* edd. — u. 24. *merces* edd., *mercis* AB.

Commodianus cognominatur *Gazaeus* siue Gaza oppido oriundus siue gazo praefectus; neque, cum litteris uersuum primis sursum relectis nomina COMMODIANUS MENDICUS CHRISTI componantur, displicet Commodianus aerarii custos, in quod dona fidelium ab illo mendicata redibant. Atque uerisimile est, id quod Hermannus Roensch docuit, in hac artificiosa uerborum compositione poetam suum ipsius nomen *mendico* atque *Gazaeo* iunxisse propter opportunam deriuationem a uerbo 'commodi' factam: Commodianus igitur is est, qui commoda ('Darlehen') pauperibus i. e. Deo debita congerit; cf. Prou. 19, 17: *δανείζει θεῷ ὁ ἐλεῶν πτωχόν, qui pauperum miseretur, Deo faenerat* Cypr. testim. III, 1 (p. 109, 20 ed. H.).

Scribebam Isenaci mense Martio a. 1878.

E. L.

COMMODIANI INSTRUCTIONUM

PER LITTERAS VERSUUM PRIMAS

LIBRI DUO.

LIBER PRIMUS.

I.

PRAEFATIO.

P rima praefatio nostra uiam erranti demonstrat,
R espectumque bonum, cum uenerit saeculi meta,
A eternum fieri, quod discredunt inscia corda.
E go similiter erraui tempore multo
F ana prosequendo parentibus insciis ipsis.
A bstuli me tandem inde legendo de Lege
(**T** estificor Dominum): Doleo pro ciuica turba!
I nscia quod pergit periens deos quaerere uanos!
O b ea perdoctus ignaros instruo uerum.

1, 2: Sap. 3, 6; 3 Esdr. 6, 5. — 7: Matth. 15, 32.

II.

INDIGNATIO DEI.

I n Lege praecepit Dominus caeli terrae marisque
N olite, inquit, adorare deos inanes
D e manibus uestris factos ex ligno uel auro,
I ndignatio mea ne uos disperdat ob ista.
G ens ante Moysem rudis, sine lege morata
N esciensque Deum, defunctos deos orabant,
A d quorum effigies faciebant idola uana.
T ranslatis Iudaeis Dominus de terra Aegypti
I mposuit Legem postmodum et ista praecepit
O mnipotenti sibi soli deseruire, non illis.

D e resurrectione quoque docetur in ipsa
E t spe fortunata rursum in aeuo uiuendi,
I dola si uana relinquantur neque colantur.

III.

CULTURA DAEMONUM.

C um Deus omnipotens exornaret mundi naturam,
U isitari uoluit terram ab angelis istam,
L egitima cuius spreuerunt illi dimissi.
T anta fuit forma feminarum, quae flecteret illos.
U t coinquinati non possunt caelo redire
R ebelles ex illo contra Deum uerba misere.
A ltissimus inde sententiam misit in illis;

2, 2—4: Exod. 20, 3—5. — 11 sq.: Es. 26, 19.
3, 2 sqq.: Genes. 6, 2.

D e semine quorum Gigantes nati feruntur.
A b ipsis in terra artes prolatae fuerunt,
E t tingere lanas docuerunt et quaeque geruntur.
M ortales et illis mortuis simulacra ponebant.
O mnipotens autem, quod essent de semine prauo,
N on censuit illos recipi defunctos e morte.
U nde modo uagi subuertunt corpora multa;
M axime quos hodie colitis deos et oratis.

IV.

SATURNUS.

S aturnusque senex si deus, deus quando senescit?
A ut si deus erat, cur natos ille uorabat
T erroribus actus? Sed quia deus non erat ille,
U iscera natorum rabie monstruosa sumebat
R ex fuit in terris, in monte natus Olympo,
N ec erat diuinus, se deum esse dicebat.
U enit inops animi, lapidem pro filio sorpsit:
S ic deus euasit; dicitur modo Iuppiter ille.

V.

IUPPITER.

I uppiter hic natus in insula Creta Saturno
U t fuit adultus, patrem de regno priuauit,
P roinde nobilium uxores sororesque delusit.
P raeterea sceptra fecerat faber illi Pyracmon.
I nitio caelum, terram Deus et mare fecit;
T erribilis autem iste medio tempore natus
E x antro processit iuuenis furtimque nutritus:
R espice, quod rerum auctor est Deus, non Iouis ille.

VI.

DE FULMINE IPSIUS IOVIS AUDITE.

D icitis o stulti: Iouis tonat, fulminat ipse.
E t si paruulitas sic censet, cur annis ducentis

F uistis infantes? nunquid et semper eritis?
U ersa in maturum infantia non agit aeuum
L usus; puerilis aetas cessit, sic et corda recedant;
M oribus uirilibus consilia uestra debentur.
I nsipiens ergo Iouem tonitruare tu credis
N atum sic in terris lacte caprino nutritum;
E rgo si illum deuorauisset Saturnus,

I n istis temporibus quis pluebat illo defuncto?
P raesertim mortali patre deus nasci credatur!
S aturnus in terris senuit et defecit in ipsis.
I llum non aliquis prophetauit ante praenasci,
U el, si tonat ipse, Lex ab ipso lata fuisset;
S educunt historiae per uates confectae.

I lle autem in Creta regnauit et ibi defecit.
O mnipotens uobis factus Ganymedis amator
V iuis ipse modo simularet, si uiueret ille.
I mpuros oratis et dicitis esse caelestes
S emine mortali natos de Gigantibus illis.

A uditis et legitis natum in terra fuisse:
U nde bene meruit corruptor ascendere caelum?
D icitur et fulmen Cyclopas illi fecisse,
I mmortalis enim habuit a mortalibus arma.
T ot reum criminibus, parricidam quoque suorum,
E x auctoritate uestra contulistis in altum.

VII.

DE SEPTIZONIO ET STELLIS.

D e circulo zonae fallit uos imperitia uestra,
E x eo quid forte Iouem experitis orandum?

S aturnus fertur ibi, sed stella non ille: effugit
E xpulsus a Ioue. Aut Iouis in stella credatur?
P oli qui sidera tractauit solusque sator,
T roianis qui bellum fecit, auem mortalem amauit,
I psis in sideribus aut Mars cum ista deprehensus
Z elo maritali deus nominetur aduliscens?
O nimium stulti, qui putatis moechos ab astris
N ascentes regere aut totam mundi naturam.
I n uulnera positi et ipsi sub fata uiuentes
O bsceni, curiosi, bellatores, impiae uitae,

E t filios totidem mortales illi fecere;
T erribiles omnes, stulti, septizonio fortes!

S i stellas colitis, colite et bis sena sigilla
T um, arietem, taurum, geminos, ferumque leonem;
E t denique uadunt in piscibus: tu quoque probabis?
L ex sine lege fugat astra: quod uult esse ualebit!
L asciua uult esse, sine freno uiuere quaerit.
I psi quod uultis erit, et deos et deas oratis.
S ic ego colui, dum erraui, quo modo culpo.

VIII.

DE SOLE ET LUNA.

D e Sole et Luna, licet sint praesentanea nobis,
E rratis: quae ego prius, putatis oranda.

S unt quidem in astris, sed non sua sponte currunt:
O mnipotens illos, cum conderet omnia primum,
L ocauit ibidem cum saeclis quarta dierum.
E rrorem antiquus quin cum ....

E t quidem in Lege iussit, ne quis illos adoret.
T ot deos oratis, qui nihil de uita promittunt,

L ex quorum in terra non est, nec ipsi praedicti;
U os autem seducunt sacerdotes pauci praui,
N umina qui dicunt aliquid morituro prodesse.
A ccedite Legi et discite et dicite uerum.

IX.
MERCURIUS.

M ercurius uester fiat cum saraballo depictus
E t galea et ala pinnatus et cetera nudus.
R em uideo miram, deum saccello uolare:
C urrite properanti cum gremio quo uolat ille,
U t sacculum effundat, uos extunc estote parati.
R espicite pictum, quoniam uobis sic ab alto
I actabit nummos; uos tunc saltate securi?
U ane non insanis, colere deos pictos in axe?
S i uiuere nescis, cum bestiis perge morari.

X.
NEPTUNUS.

N eptunum facitis deum ex Saturno pronatum,
E t tridentem regit, ut pisces suffigere possit.
P atet esse deum! cumatile illi parate!
T roianis non ipse cum Apolline muros eduxit?
U nde deus factus inops caementarius ille?
N on Cyclopem genuit monstrum? Non moechus et ipse
U iuere non poterat de suo? quid structuram gerebat?
S ic genuit generatus qui fuit iam mortuus olim.

8, 7: Deuter. 4, 19. 17, 3.

XI.

APOLLO SORTILEGUS FALSUS.

A pollinem facitis citharae deum atque diuinum.
P rimum de moecha natus in insula Delo,
O blata mercede postmodum structuram secutus
L aomedonti regi Troianorum muros eduxit,
L ocauitque sese, quem deum seducti putatis,
O ssibus cuius amor Cassandrae flagrauit,

S ubdole quem lusit uirgo, fallitur qui diuinus;
O fficio uerberis potuit scire bicordem.
R epudiatus enim discessit inde diuinus.
T orruit hunc uirgo specie, quam ille deberet.
I lle prior qui tum debuerat deam amauisse,
L asciuientemque Daphnen sic coepit amare
E t amens insequitur, dum uult uiolare puellam:
G ratis amat stultus, nec potuit consequi cursu.
U el, si Deus erat, occurreret illi per auras:
S ub tectis illa prior uenit, remansitque diuinus.

F allit uos gens hominum, nam biuio triti fuerunt.
A primitia quoque pecora pauisse refertur.
L usibus impositis dum mitteret discum in altum,
S ublapsum non potuit retinere, prostrauit amicum:
U ltimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis.
S i diuinus erat, mortem praesciisset amici.

XII.

LIBER PATER BACCHUS.

L iberum patrem certe bis genitum dicitis ipsi.
I n India natus ex Ioue et Proserpina primum,
B elligerans contra Titanes profuso cruore
E xspirauit enim sicut ex mortalibus unus.
R ursus fato suo redditus in altero uentre;

P ercipit hunc Semele iterum Iouis altera moecha,
A bscisso cuius utero prope partu defunctae,
T ollitur et datur Niso nutriendus alumnus.
E x eo bis natus Dionysus ille uocatur,
R eligio cuius in Baccho falsa curatur.

B acchantur et illi, qualia nunc ipsi uidentur,
A ut heri calones, mimi Eronisque tutores
C onspirant in malo, proludunt ficto furore,
C eteros ut fallant dicturos numen adesse.
H inc manifeste uides homines sic mille uincentes,
U ino permutati, primus quod expresserat ille:
S ub ludicro suo honorem illi debuere.

XIII.

INVICTUS.

I nuictus de petra natus si deus habetur,
N unc ergo terreno uos dedistis: date priori!
V icit petra deum, quaerendus est petrae creator.
I nsuper et furem adhuc depingitis esse,
C um, si deus esset unquam, non furto uiuebat.
T errenus utique fuit et monstriuora natura,
U ertebatque boues alienos semper in antris,
S icut et Cacus Vulcani filius illle.

XIV.

SILVANUS.

S iluanus unde deus iterum adparuit esse?
I nde forte placet, eo quod bene fistula cantat?
L argitur quoniam lignum? Nam forte non esset.
V enalem emisti dominum: cum empseris, illi,
A spice, deficit lignum! quid illi debetur?
N on te pudet, stulte, tales adorare tabellas?
U num quaere Deum, qui post mortem uiuere duat!
S ecede ab istis, qui sunt biothanati facti.

XV.

HERCULES.

H ercules quod monstrum Auentini montis elisit,
E uandri qui solitus erat armenta furari,
R ustica mens hominum, indocilis quoque, pro laude
C um gratias agere uellent, absentis Tonantis
U ouerunt hostias inepto ut deo orando.
L aetandas aras in memoriam sibi fecerunt.
E x eo pro rectis de uetusto more colantur.
S ed deus hic non est, licet fuit fortis in armis.

XVI.

DE DIS DEABUSQUE.

D icitis esse deos, qui sunt manifeste cruenti,
E t dicitis fata genesis ascribere uobis?

D icite nunc ergo, quibus primum sacra ferantur:
I nter utrimque uias mors immatura uagatur.
S i tribuunt fata genesis, cur deum oratis?

D eciperis, uane, qui Manes quaeris orare,
E t qui fabricantur dominos tibi nuncupas esse.
A ut feminas quoque nescio quas deas oratis,
B ellonam et Nemesin deas, Furiam, iram caelestem,
U irgines et Uenerem, cui coniuges uestrae delumbant.
S unt alia praeterea daemonia fanis,
Q uae nec numerantur adhuc et in collo feruntur,
U t nec ipsi sibi possint rationem reddere. Pestes
E xportari magis in ultima terra deberent.

XVII.

DE SIMULACRIS EORUM.

D eludunt uos pauci scelerati uates inanes:
E xtricare suam dum quaerunt uitam,

S ubornant aliis ex se sub mysteria falsum.
I ndissimulantes concussi numine quodam
M aiestatemque canunt et se sub figura fatigant.
V idistis saepe dites moechos, quali fragore
L uxurias ineunt, dum furias fingere quaerunt,
A ut cum dorsa sua allidunt parca bipenne:
C um doctrinam suam seruant, quid corpore sanant?
R espicite, quoniam nonnullos numine cogunt,
I psi qui se primum componunt integra mente;
S ed stipem ut tollant ingenia talia quaerunt.

E x eo uidete, quoniam sunt omnia ficta.
O bumbrant populum supplicem perituri ne credant.
R es semel in uano de uetustate processit,
U t uaticinanti credatur prodiit falsa,
M aiestas autem illorum nulla locuta est.

XVIII.

DE AMMUDATE ET DEO MAGNO.

Diximus iam multa de superstitione nefanda
Et tamen exsequimur, ne quid praeterisse dicamur.

Ammudatemque suum cultores more colebant;
Magnus erat illis, quando fuit aurum in aede,
Mittebant capita sub numine quasi praesenti.
Uentum est ad summum, ut Caesar tolleret aurum,
Defecit numen: aut fugit aut transit in ignem.
Auctor huius sceleris constat, qui formabat eundem.
Tot uiros et magnos seducit falsa prophetans,
Et modo reticuit qui solebat esse diuinus.

Erumpebat enim uenis quasi mente mutata,
Tanquam illi deus ligni loqueretur in aurem.

Dicite nunc ipsi, si non sint numina falsa?
Ex eo prodigio quot perdidit ille propheta?
Oblitus est iste prophetare, qui ante solebat.

Monstra adeo ista ficta sunt per uiniuoraces,
Audacia quorum damnabilis numina fingit.
Gestabant enim, et aruit tale sigillum:
Nam et ipse silet, nec ullus de illo prophetat
Omnino; sed uos ipsos deperdere uultis.

XIX.

NEMESIACIS VANIS.

N on ignominium est Virbium seduci prudentem
E t colere talem aut Dianam dicere lignum?
M ane ebrio, crudo, periuro creditis uiro,
E x antro qui ficte loquitur quod illi uidetur.
S euere deum agit, sibi uiscera pascit,
I ncopriat ciues unus detestabilis omnes
A dplicuitque sibi simili collegio facto,
C um quibus historiam fingit, ut deum adornat.
I pse sibi nescit diuinare, ceteris audet.
S uccollat quando libet eum, et quando deponit,

V ertitur asse rotans cum ligno bifurci,
A c si putes illum adflatum numine ligni.
N on deos uos colitis, quos ipsi false prophetant:
I psos sacerdotes colitis in uano timentes.
S ed in corde uiges, fuge iam sacraria mortis.

XX.

TITANES.

T itanas uobis, Titanias dicitis esse:
I mmites, tacitas sub culmine uestro rogatis.
T ot lares aediculis, simulacra facta Titano!
A doratis enim stulti malo leto defunctos,
N on legem ipsorum legentes. Non ipsi loquuntur,
E t deos audetis aeramine dicere fusos?
S olueritis eos magis in uascula uobis.

XXI.

MONTESIANIS.

M onteses deos dicitis: dominentur in auro
O bscurati malo aliena mente iuuantes.
N am si purus animus et mens serena maneret,
T u tibi de illis ipsi disputare deberes.
E xcordaris homo, si putas, ut ipsi te saluant.
S eu regant seu minuant; si quid tu sani requiris,
I ustitiam Legis quaere magis, nam illa salutis
A uxilium portat et fieri dicit aeternum.
N am quidquid in uanis sequeris, per tempora gaudes,
I n breui laetaris et postmodum plangis in imis:
S ubtrahe te illis, si uis resurgere Christo.

XXII.

HEBETUDO SAECULI.

H eu doleo, ciues, sic uos hebetari de mundo!
E xcurrit alius ad sortes, aues aspicit alter,
B alantum cruore fuso, manus inspicit alter
E t cupit audire responsa bona crudelis.
T ot duces et reges, ubi sunt consulti de uita,
U el portenta sua scisse quo profuit illis?
D iscite quaeso bonum, ciues, simulacra cauete:
O mnipotentis enim in Legem quaerite cuncti.

S ic ipsi complacuit Domino dominorum in altis,
A d probationem nostram daemones in mundo uagi.
E t tamen ex alia parte mandata praemisit,
C aelestes fieri qui relinquunt aras eorum.
U nde non hoc curo disputare paruo libello:
L ex docet in medio uos: Consulite pro uobis!
I n duas intrastis uias: condiscite rectam.

22, 14: Es. 45, 20 [21].

XXIII.

DE UBIQUE PARATIS.

D um uentri seruis, innocentem esse te dicis,
E t quasi communis facis te ubique paratum.

U ae tibi, stulte homo, mortem circumspicis ipse,
B arbaro de more sine lege uiuere quaeris,
I pse tibi inimicus asciam impingere uerbo!
Q ui simplicem fingis, simpliciter uiue cum isto.
U iuere te credis, dum uentrem cupis implere,
E xiguus tua in domo residere praue

P aratus ad epulas et refugiscere praecepta.
A ut quia discredis Deum iudicare defunctos;
R ectorem caėli facis te inepte pro illo.
A spicis ad uentrem, quasi tu sis prouidus illi.
T u modo profanus, modo sanctus esse uideris.
I n supplicem prodis sub aspectu tyranni.
S enties in fatis, cuias modo Lege inanis.

XXIV.

INTER UTRUMQUE UIUENTIBUS.

I nter utrumque putas dubie uiuendo cauere,
N udatus a Lege, decrepitus luxu praesenti.
T ot uane prospicis, quid quaeris iniqua?
E t quidquid egistis, istinc remanere defunctos
R espicite. Stulte, non eras, ecce uideris;

U nde processisti nescis nec unde nutriris:
T u Deum excelsum fugis tuae uitae benignum
R ectoremque tuum, qui te magis uiuere uellet;
U ertis te in faciem et dorsum Deo remittis,
M ergis te in tenebris, dum putas te in luce morari.

Q uid in synagoga decurris saepe bifarius?
U t tibi misericors fiat quem denegas ultro?
E xis inde foris, iterum tu fana requiris.

U is inter utrumque uiuere, sed inde peribis.
I nsuper et dicis: Quis est, qui a morte redemit?
U t credamus ei, quoniam ibi poenae aguntur.
E ia! non, si ait, tu putas esse maligno?
N am ille, qui pro Deo est, post funera recte uixit.
T u tamen mox moriens duceris in loco maligno,
I n Christo credentes autem in loco benigno,
B landiturque quibus haeret amoenitas illa.
U os autem dubii in uos sine corpore poena!
S uscitat in fratrem tortoris ordo clamare.

XXV.

QUI TIMENT ET NON CREDUNT.

Q uamdiu, stulte homo, Christum cognoscere non uis?
U itas agrum pinguem et sterili semina iactas?
I n silua manere quaeris, ubi latro moratur?

T u dicis: Et ego Dei sum, et foras oberras?
I ngredere iam nunc toties inuitatus in aula:
M atura iam messis, tempus totidemque paratum,
E cce modo mete. Quodsi non te paenitet, inde
N unc, si non habes, collige, uindemia uina.
T empus adest uitae credendi tempore mortis.

E st Dei Lex prima fundamentum posterae Legis:
T e cui designabas? Crederis in Lege secunda;

N ec minae ex ipso, sed ex ipsa tibi potentes:
O bstupe iam factus ora tu credere Christo,
N am Testamentum Vetus de illo proclamat.

C redere enim opus est tantum in ipso defuncto
R esurgere posse et uiuere tempore toto.
E rgo si quis ea discredis esse futura,
D ummodo uincetur reus in morte secunda,
U entura canam paucis in isto libello;
N am cognosci potest, ubi sit spes anteponenda.
T amen uos adhortor quantocius credere Christo.

XXVI.
REPUGNANTIBUS ADVERSUS LEGEM CHRISTI DEI VIVI.

R espuis infelix bonum disciplinae caelestis
E t ruis in mortem, dum uis sine freno uagari.
P erdunt te luxuria et breuia gaudia mundi,
U nde sub inferno cruciaberis tempore toto.
G audia sunt uana, quibus oblectaris inepte.
N on illa te reddunt hominem fuisse defunctum.
A nni te non possunt iam triginta reddere doctum?
N escius si primum errasti, respice canum.
T u putas nunc uitam isti perfrui laetam
I niurias inter? ibi sunt damna diurnum,
B ella uel infanda, fraudes, cum sanguine furta,
U lceribus corpus uexatur, gemiturque, ploratur,
S eu luis inuadit, aut longo morbo teneris,
A ut natis orbaris, aut perdita coniuge defles:
D esaeuitur totum. Heu ruunt dignitates ab alto
B reui, pauperie dupliciter certe si langues!
E t dicis uitam, ubi uitrea uita moralis?
R espice iam tandem hoc tempus inritum esse:
S ed in futuro tibi spes est sine dolo uiuendi.
U iuere uolebant, utique paruoli rapti
S unt: uita priuati iuuenes senescere forte

25, 18: Apoc. 2, 11. 20, 14.

L aetitias diu perfruique ipsi parabant,
E t tamen inuiti reponimus omnia mundo?
G ens et ego fui peruersa mente moratus
E t uitam istius saeculi caram esse putabam
M ortemque similiter sicut uos iudicabam adesse,

C um semel exisset, animum periisse defunctum.
H aec autem sic non sunt, sed conditor orbis et auctor
R equisiuit enim fratrem a fratre peremptum.
I mpie dic, inquit, ubinam frater? Ille negauit.
S anguis enim fratris ad me proclamauit in altum.
T orqueris, uideo, ubi nil sentire putabas,
I lle autem uiuit et loca dextera tenet,

D elicias fruitur, quas tu perdidisti, nefande,
E t cum reuocasti saeculum, et ille praegressus
I mmortalis erit; nam tu sub tartara planges.

V iuit certe Deus, qui defunctos uiuere fecit,
I nnocuisque bonis ut reddat praemia digna,
V esanis autem et impiis tartara saeua.
I ncipe sentire iudicia Dei, seducte!

XXVII.

STULTE NON PERMORERIS DEO.

S tulte, non permoreris nec mortuus effugis actus,
T u licet disponas nihil te sentire defunctum.
V inceris insipiens: uiuit Deus conditor orbis,
L egitima cuius clamant ualere defuncto.
T u autem dum praeceps sine Deo uiuere quaeris,
E xstinctum in fatis iudicas ut fatale credis.

26, 29 sqq.: Genes. 4, 9. 10.

N on ita disposuit, ut tu putas, Deus aeternus,
O bliuitos esse mortuos de gesto priore.
N unc non imperitus fecit receptacula mortis,

P ost cineres autem nostros uidebimus illum
E ruere, stulte, qui putas, per funera non sis,
R ectorem dominumque tuum nil posse fecisti.
M ors autem in uacuum non est, si corde retractes.
O ptandum noscas, nam sero senties illum:
R ector eras carnis, non te certe caro regebat;
E xemptus es ab illa: reconditur illa tuorum;
R ecte mortalis homo separatur a carne.
I dcirco nec poterint oculi mortales aequari:
S ic habet abyssus noster de Dei secreto.

D a nunc ergo Deo, fragilis dum moreris, honorem,
E t crede, quod Christus uiuum te de mortuo reddit.
O mnipotenti laudes in ecclesia reddere debes.

XXVIII.
IUSTI RESURGUNT.

I ustitia et bonitas, pax et patientia uera
U iuere post fata faciunt, et cura de actu:
S ubdola gens autem, noxia, perfida, praua
T ollit se in partes et fera mente moratur.
I mpie nunc audi, qui malefacta lucraris,

R espice terrenos iudices, in corpore qui nunc
E xcruciant poenis diros: aut ferro parantur
S upplicia meritis aut longo carcere fiere.
U ltime tu speras Deum inridere caelestem
R ectoremque poli, per quem sunt omnia facta?
G rassaris, insanis, detractas nunc et Dei nomen?
U nde non effugies, poenas per factaque ponet.
N unc uolo sis cautus, ne uenias ignis in aestu.
T rade te iam Christo, ut te benefacta sequantur.

XXIX.

DIVITI INCREDULO MALO.

D ifferes diues nimium tua cuncta uidendo
I nsatiabiliter, quibus adhuc adhaerere quaeris.
V iuere post ista, dices, non spero defunctus.
I ngrate summo Deo, qui sic Deum iudicas esse,
T e qui nescientem protulit, deinde nutriuit;
I pse pars tua, gubernat uineas ipse,

I pse greges pecorum et quidquid possides ipse,
N ec istis attendisti aut tu regis omnia forte.
C aelum hoc et terram et maria salsa qui fecit
R eddere decreuit nos ipsos in aureo saeclo,
E t modo si credis, uiuitur in Dei secreta.
D isce Deum, stulte, qui uult te immortalem adesse,
U t gratias illi referas in agone perennes.
L ex docet ipsius, sed quia uagari tu quaeris,
O mnia discredis, et inde in tartaros ibis:

M ox animam reddis, duceris quo te paenitet esse,
A bluitur ibi poena spiritalis aeterna,
L ugia sunt semper, nec permoreris in illa,
O mnipotentem Deum iam tunc ibi sero proclamans.

XXX.

DIVITES HUMILES ESTOTE.

D isce moriture bonum ostendere cunctis.
I n medio populi quid te facis alterum esse?
V adis ubi nescis, et inscius inde recedis;
I mpie tractas, cum ipso corpore sitis
T u semper diuitias, nimium te tollis in altum
E t diuum ducis, nec respicis pauperes ultro
S ubditos nunc uobis, nec parentes pascitis ipsos.

H eu miseri! fugiant longius mediocres a uobis.
U ixit et exstinxit pauper, ebriacus clamas.
M ox furiis ageris, cum pereas ipse, Charybdis.
I ndiscipulinati sic diuites estis:
L egem datis istis, non uobis paratis ipsis.
E xue te diuitis tantis malis Deo reuersus,
S ubueniat utique tibi, quid nunc operisti si forte.

E stote comes minimis, dum tempus habetis,
S icut ulmus amat uitem, sic ipsi pusillos.
T erribilem legem malis, bonis aeque benignam
O bserua nunc sterilis, sub totis in prosperis esto:
T ollite corda fraudis, diuites, et sumite pacis.
E xspectate malum uestrum benefactis ac sacris!

XXXI.
IUDICIBUS.

I ntuite dicta Salomonis, iudices omnes,
U no uerbo suo qualiter uos ille detractat.
D ona quam et xenia corrumpunt iudices: [inde,]
I nde mussitatur: datorem semper amatis.
C um qua erit causa, uictoria tollit iniquam.
I nnocens sic ego sum, nec uos incuso pusillos,
B lasphemium tollat Salomon quod aperte.
U obis autem Deus est uenter et praemia iura.
S uggerit hoc Paulus apostolus, non ergo iudex.

XXXII.
SIBI PLACENTIBUS.

S i locus aut tempus fauet aut persona prouenit,
I udex esto nouus. Quid nunc extolleris inde?
B lasphema, indocilis! de cuius praestantia uiuis,
I n fragilitate tanta non respicis unquam.

31, 1—3: Sirac. 20, 29 (31). — 8: Philipp. 3, 19.

P er gradum et lucra auidus fortunae praesumis,
L ex tibi non ulla est, nec te in prosperitate dignoscis.
A uro licet censeant turbam choraulicam semper,
C ruciarium Domini si non adorasti, peristi.
E t locus et tempus et persona tibi donetur
N unc, si tamen credis: sin autem pro eo timebis,
T empera te Christo et ceruicem illi depone:
I sti honor remanet et tota fiducia rerum.
B landitur quando tibi tempus nunc, cautior esto.
U ltima fatorum non prouidens, quae te oportet,
S ine Christo reuiuiscere non potes unquam.

XXXIII.

GENTILIBUS.

G ens sine pastore ferox iam noli uagare.
E t ego, qui moneo, idem fui nescius errans.
N unc ideo Domini figuram sumite uestri,
T ollite corda fera et exasperate seorsum:
I ntrate stabulis siluestri ad praesaepia tauri,
L atronibus tuti sub regia tecta manentes.
I n silua lupi sunt, ideo refugite sub antro,
B ellaris, insanis nec respicis, ubi moraris.
U no crede Deo, ubi mortuus uiuere possis
S urgas et in regno, cum sit et resurrectio iustis.

XXXIV.

ITEM GENTILIBUS IGNARIS.

I ndomita ceruix respuit iugum ferre labori,
T unc iuuat in campis crassis satiari coliclis,
E t tamen inuita domatur utilis equa
M inuiturque ferox esse primum dedomata.

33, 3: ad Rom. 13, 14. Galat. 4, 19.

G ens, homo, tu frater, noli pecus esse ferinum,
E rue te tandem et tecum ipse retracta:
N on utique pecus nec bestia, sed homo natus,
T u te ipse doma sapiens et intra sub arma.
I dola, quae sequeris, nihil nisi uanitas aeui.
L euia uos corda perducunt poenali barathro.
I bi aurum, uestes, argentum ulnis refertur,
B ellatur ibi, dein cantatur pro psalmis amor:
U itam esse putas, ubi ludi, aut prospicis ista:
S ortiris, ignare, exstincta, aurea quaeris.

I nde non effugies pestem, licet ipse diuinus.
G ratiam, quam misit Dominus in terra legendam,
N on requiris eam, sed sic quasi bestius erras.
A urea per fata uenis tibi saecla, si credis,
R ursus ut incipias immortale uiuere semper.
I llud quoque datur scire, quod ante fuisti:
S ubiectum te praebe Deo, qui cuncta gubernat.

XXXV.

DE LIGNO VITAE ET MORTIS.

A dam protolapsus ut Dei praecepta uitaret,
B elias seruatus fuit de inuidia palmae,
C ontulisset nobis seu boni seu mali quod egit
D ux natiuitatis, (morimur idemque per illum,)
E x diuino ipse, at recedens exul factus a uerbo.
F initis sex milibus annis immortales erimus.
G ustato pomi ligno mors intrauit in orbem:
H oc ligno mortis quaeramus uitam futuram.
I n ligno pendit uita ferens poma, praecepta:
K apite nunc uitalia poma credentes.
L ex a ligno data est homini primitiuo timenda,
M ors unde prouenit neglecta Lege primordi:

N unc extende manum et sume de ligno uitali.
O ptima Lex Domini sequens de ligno processit;
P erdita Lex prima; gustat unde licet ille,
Q ui Deos adorat uetitos, mala gaudia uitae.
R espuite gustum; sufficiet scire quod esset.
S i uiuere uultis, reddite uos Legi secundae,
T emplorum culturam, daemonum fata uitate.
V ertite uos Christo, et eritis Deo sodales.
X anta Dei lex est, quae mortuos uiuere duat.
Y mnum sibi solus Dominus proferre praecepit,
Z abolicam legem omnes omnino uitate.

XXXVI.

DE CRUCISTULTITIA.

D e duplici ligno dixi, mors unde processit,
E t iterum inde procedere uitam frequenter.

C rux autem stultitiam facit adulterae genti.
R ex aeternitatis per crucem diros adumbrat,
U t sibi nunc credant, o stulti morte uiuentes
C ain innocuum occisit nequam repertus:
I nde Enoch suboles Cainaea nati feruntur.
S ic genus iniquum increuit mundo, quod nunquam
T ransmittat animos in Deum: credere crucem
U enit in horrorem, et dicunt se uiuere recte.
L ex in ligno fuit prima, et inde secunda
T erribilem Legem primam cum pace praeuenit.
I n praua luctatione uana scelerati ruerunt:
T raiectum clauis Dominum cognoscere nolunt,
I n cuius iudicium cum uenerint, ibi dignoscent.
A bel genus autem credit modo Christo benigno.

36, 3: 1 Cor. 1, 18.

XXXVII.

QUI IUDAEIDIANT FANATICI.

Q uid? medius nudus, medius uis esse profanus?
U nde non effugies iudicium Christi defunctus.
I pse caecus erras et ad caecos intras, inepte;

I dcirco caecus caecum in fossa reducit.
U adis ubi nescis, et inscius inde recedis.
D iscedentes ad doctos eunt, ut docti recedant,
A t tu alias uadis, unde nihil discere possis:
E xis pro foribus, inde et ad idola uadis.
I nterroga primum, quid sit in Lege praeceptum,
D icant illi tibi, si iussum est deos adorare.
I gnorantur enim propter quod maxime possunt:
A t illi quoniam rei sunt, ex ipso delicto
N ihil de praeceptis Dei nisi mirabilia narrant.
T unc tamen in fossam secum uos caeci deducunt.

F unera sunt, nimium de illis tota referre,
A ut quia concludor agere congestus aratri.
N oluit Omnipotens illos intellegere Regem;
A scelere tanto refugit ipse cruentus.
T radidit sese nobis superaddita Lege,
I nde modo latrant nobis curae deserti.
C eterum in illis si spem esse putatis,
I n totum erratis, si Deum et fana colatis.

37, 4: Matth. 15, 4.

XXXVIII.
IUDAEIS.

I mprobi semper et dura ceruice recalces,
U inci uos non uultis, sic exheredes eritis.
D ixit Esaias incrassato corde uos esse.
A spicis Legem, quam Moyses allisit iratus;
E t idem Dominus dedit illi Legem secundam,
I n illa spem posuit, quam uos subsannatis reiecti.
S ed ideo digni non eritis regno caelesti.

XXXIX.
ITEM IUDAEIS.

I nspice Liam typum Synagogae fuisse,
T am infirmis oculis, quam Iacob in signo recepit;
E t tamen seruiuit rursum pro minore dilecta.
M ysterium uerum et typum Ecclesiae nostrae.

I ntuite plene dictum Rebeccae de caelo:
U nde simulantes alienae Christo credatis.
D einde Thamar partum geminorum adite,
A d Cain intendite, primum terraeque cultorem,
E t Abel pastorem, priusquam fuit mactatus a fratre
I n fratris saeuitu offertor immaculatus.
S ic ergo percipite iuniores Christo probatos.

XL.
ITERUM IPSIS.

I ncredulus populus non est nisi uester, iniqui,
T ot locis et totiens reprobatus lege clamantum.
E t sabbata uestra spernit et tricesimas Altus
R esecuit omnino uniuersas uestras de Lege,
U t ne sacrificia faceretis illi praecepta,
M ittere qui dixit lapidem in scandalo uestro,

38, 1: Act. 7, 51. — 3: Es. 6, 10.
40, 6: Rom. 9, 33.- Es. 8, 14.

I niqua si qui uestrum non crediderint morte perisse,
P erque alias leges clamauit dilectis: inde
S uspensam in ligno uitam; nec illi credistis.
I pse Deus uita est, pependit ipse pro nobis,
S ed uos indurato corde subsannatis eundem.

XLI.

DE ANTECHRISTI TEMPORE.

D ixit Esaias: Hic homo qui commouet orbem
E t reges totidem, sub quo fiet terra deserta.

A udite, quoniam propheta de illo praedixit;
N ihil ego composite dixi, sed neglegendo.
T um scilicet mundus finitur, cum ille parebit,
E t tres imperantes ipse deuicerit orbi:
C um fuerit autem Nero de inferno leuatus,
H elias ueniet prius signare dilectos.
R es quassat fine regis et artatio, tota
I n septem annis tremebit undique terra:
S ed medium tempus Helias, medium Nero tenebit.
T unc Babylon meretrix in igne facta fauilla;
I nde ad Ierusalem perget, uictorque Latinus

T unc dicet: Ego sum Christus, quem semper oratis,
E t quidem conlaudant illum primitiui decepti,
M ulta signa facit quoniam eius pseudopropheta.
P raesertim ut credant illi loquitur imago,
O mnipotens tribuit, ut talis euadat.
R ecapitulantes scripturas ex eo Iudaei
E xclamant pariter ad Excelsum sese deceptos.

40, 9: Deut. 28, 66. — 41, 2: Es. 14, 16. 17.

COMMODIANI INSTRUCTIONUM

PER LITTERAS VERSUUM PRIMAS

LIBER SECUNDUS.

I 42 O. I. 42 R.

DE POPULO ABSCONSO SANCTO OMNIPOTENTIS CHRISTI DEI VIVI.

D esideretur absconsus ultimus sanctus,
E t quidem ignotus a nobis ubi moretur.

P er nouem tribuum agens et dimidiam nobis
O . . . .
P raecepitque Christus per Legem uiuere priscam:
U iuamus nunc omnes, nouella traditio legis,
L ex ut ipsa docet, apertius indico uobis.
O brelictae duae tribuum et dimidia: quare

A bistis dimidia tribuum? martyres essent,
B ellum cum infert electis suis in orbem:
S eu certe sanctorum chorus prophetarum
C onsurgeret ad illam plebem, qui frenum imponeret illis,
O bsceni quos equi trucidarunt calce remissa,
N ec rueret manus pacem temere aliquando.
S emotae sunt istae tribuum, et mysteria Christi
O mnia per istas complentur saeculo toto.

S unt autem de scelere duorum fratrum enatae,
A uspicio quorum facinus secutae fuere.
N on immerito tales dispersi sunt ipsi cruenti;
C onuenient iterum propter mysteria Christi.
T unc autem properant compleri Legis narrata.
O mnipotens Christus descendit ad suos electos,

O bscurati nobis qui fuerunt tempore tanto,
M ilia tot facti; illa est gens uera caelestis.
N on natus ante patrem moritur ibi, neque dolores
I n suis corporibus sentiunt aut ulcera nata.
P ausantes in lecto suo mature recedunt,
O mnia complentes Legis, ideoque tutantur.
T ransire iubentur ad Dominum patribus iustis,
E xsiccat fluuium quibus sicut ante traiectis,
N ec minus et Dominus ipse producit cum illis,
T ransiit ad nostra, ueniunt cum rege caelesti.
I n quorum itinere quid dicam quod Deus educet?
S ubsidunt montes ante illos et fontes erumpunt:

C aelestem populum gaudet creatura uidere.
H i tamen festinant matrem defendere captam.
R ex autem iniquus, qui obtinet illam, ut audit,
I n partem boreae refugit et colligit omnes.
S ed cum se inlidet exercitu Dei tyrannus,
T errore caelesti prosternuntur milites illi,
I pse cum infando comprehenditur pseudopropheta.

D ecreto Domini traduntur uiui gehennae,
E x eo primores et duces seruire iubentur.
I ntrabunt tunc sancti ad antiquae ubera matris.

1, 41. 42: Apoc. 19, 20.

V t autem et illi refrigerent, quos male ille suasit,
I n uariis poenis cruciabit sibi credendos.
V entum est ad finem, quo tolluntur scandala mundo,
I ncipit Dominus iudicium dare per ignem.

II 1 O. II. 43 R.

DE SAECULI ISTIUS FINE.

D at tuba caelo signum sublato leone,
E t fiunt subito tenebrae cum caeli fragore.

S ummittit oculos Dominus, ut terra tremescat,
A cclamat ut et audiant omnes in orbem:
E cce diu tacui sufferens tanto tempore uestra!
C onclamant pariter plangentes sero gementes,
U lulatur, ploratur, nec spatium datur iniquis:
L actanti quid faciet mater, cum ipsa crematur?
I n flamma ignis Dominus iudicabit iniquos:

I ustos autem non tanget ignis, sed immo delinquet.
S ub uno morantur, sed pars in sententia flebit.
T antus erit ardor, ut lapides ipsi liquescant,
I n fulmine coeunt uenti, furit ira caelestis,
U t, quacumque fugit, impius occupetur ab igne;
S uppetium nullum erit, nec nauticae puppes:

F lamma tamen gentes Medi Parthique feruent
I n annis mille, ut feruunt corpora sanctis.
N am inde post annos mille gehennae traduntur,
E t fabrica cuius erant cum ipsa cremantur.

1, 45. 46: Apoc. 20, 10.
2, 5: Ps. 49, 21. Es. 42, 14. — 9: Es. 66, 16. 2. Thess. 1, 8.

II 2 O. III. 44 R.

DE RESURRECTIONE PRIMA.

D e caelo descendit ciuitas in anastasi prima.
E t quid referamus de fabrica tanta caelesti?

R esurgimus illi, qui fuimus illi deuoti:
E t incorrupti erint iam tunc sine mora uiuentes,
S ed nec dolor ullus nec gemitus erit in illa.
U enturi sunt illi quoque, sub Antichristo qui uincunt
R obusta mala, et ipsi toto tempore uiuunt
R ecipiuntque bona, quoniam mala passi fuere,
E t generant ipsi per annos mille nubentes.
C omparantur ibi tota uectigalia terrae,
T erra quia nimium fundit sine fine nouata.
I nibi non pluuia, non frigus in aurea castra,
O bsidiae nullae, sicut nunc, neque rapinae.
N ec lucernae lumen desiderat ciuitas illa:
E x auctore suo lucet, nec non ibi parata

P er duodecim milia stadia lata, longa, sic alta:
R adicem cum terra, sed caput cum caelo peraequat;
I n urbe pro foribus autem sol et luna lucebit.
M alus in angore saeptus propter iustos alendos.
A b annis autem mille Deus omnia praestat.

II 3 O. √ IV. 45 R.

DE DIE IUDICII.

D e die iudicii propter incredulos addo:
E missus iterum Dei donabitur ignis,

3, 16: Apoc. 21, 16.

D at genitum terra uirum tunc in ultima fine.
I n terra gentes et tunc increduli cuncti
E uitant tamen sanctorum castra suorum.

I n una flamma conuertit tota natura,
U ritur ab imis terra montesque liquescunt,
D e mari nil remanet, uincitur ab igne potente,
I nterit hoc caelum et astra et ista terra mutatur.
C omponitur alia nouitas caeli terraeque perennis.
I nde qui merunt mittuntur in morte secunda,
I nterioribus autem habitaculis iusti locantur.

II 4 O. V. 46 R.

CATECUMINIS.

C redentes in Christo derelictis idolis omnes
A dmoneo paucis propter salutaria uestra.
T emporibus primis per errorem si qua gerebas,
E rogatus enim Christo tu cuncta relinque,
C umque Deum nosti, esto bonus tiro, probatus,
U irgineusque pudor tecum uersetur in agno.
M ens bonis inuigilet: caue ut non delinquas inante;
I n baptismo tibi genitale solum leuatur.
N am si quis peccans catecuminus poena notatur,
I n signis ille uiuat, sed non sine damno. Memoreris,
S umma tibi: grauia peccata deuita tu semper.

4, 3: Apoc. 20, 13. — 9. 10: Apoc. 21, 1.

II 5 O. VI. 47 R.

FIDELIBUS.

F ideles admoneo, fratres de odio tollant:
I mpia martyribus odia reputantur in ignem;
D estruitur martyr, cuius est confessio talis,
E xpiari malum nec sanguine fuso docetur.
L ex iniquo datur, ut possit sese frenare.
I nde lotus debet cauere, debes similiter ut tu.
B is Deo peccas, qui lites fratri protendis.
U nde non effugies peccatum prisce sectans.
S emel es lotus, nunquid poteris denuo mergi?

II 6 O. VII. 48 R.

FIDELES CAVETE MALUM.

F alluntur uolucres et siluarum bestiae cibis:
I ta incantant, uestrae quibus sunt traditae mentes,
D ecipiuntque stropha uestras, ut escam sequentes,
E t uitare malum nesciunt nec lege tenentur.
L ex homini data est et doctrina uitae legenda,
E x qua recordatur, ut possit uiuere caute
S ui quoque locum, mortis et deroget ea quae sunt.

C ondemnat se ipsum grauiter qui regi delinquet,
A ut ferro ligatus aut de suo gradu deiectus
V el uita priuatus perdit, quod frui deberet:
E xemplo moniti grauiter peccare nolite,
T ranslati lauacro magis caritatem habete,
E t escam muscipuli, ubi mors est, longe uitate.

6, 4: Hebr. 10, 4. — 5: I Tim. 1, 9. Iac. 3, 2.

M ulta sunt martyria, quae sunt sine sanguine fuso.
A lienum non cupire, uelle martyrium habere,
L inguam refrenare, humilem te reddere debes,
U im ultro non facere nec factam reddere contra:
M ens patiens fueris, intellege te martyrem esse.

II 7 O. VIII. 49 R.

PAENITENTIBUS.

P aenitens es factus: noctibus diebusque precare,
A ttamen a matre noli discedere longe,
E t tibi misericors poterit Altissimus esse.
N on fiet in uacuum confusio culpae; perinde
I n reatu tuo disce manifeste deflere.
T u si uulnus habes, Alti medicamen require,
E t tum in poenis poteris tua damna lenire.
N amque fatebor enim unum me ex uobis adesse
T errorem qui ingentem sensi ipse ruinae.
I dcirco commoneo uulneratos cautius ire,
B arbam comamque foedare in puluere terrae
U olutarique saccis et petere summo de Rege:
S ubuenies tibi, ne pereas forte de plebe.

II 8 O. IX. 50 R.

QUI APOSTATAVERUNT DEO.

Q uando bellum autem geritur, inrigat hostis,
U incere qui poterit aut latere, magna tropaea,
I nfelix autem erit, qui fuerit captus ab illis.

A mittit et patriam et regem qui digne pro ueris
P ugnare, pro patria qui noluit neque pro uita.
O bisse debuerat quam ire sub barbaro rege,
S eruitium poterat qui hostibus sine lege deferre.
T u si proeliando moreris pro terra, uicisti,
A t si manus dederis incolumes, Lege peristi.
T ransfluuiat hostis, te sub latebra conde,
A ut si intrare potest, si nec, ne cessa,
V ndique te redde tutum, tuos quoque, uicisti!
E t uigilanter age, ne quis incurrat in illa.
R es infamis erit, si quis se propalat hosti,
U incere qui nescit et occurrit tradere sese,
N ec sibi nec patriae laudem remisit ineptus;
T unc uiuere noluit, cum ipsa uita periuit.

D eum si non sequitur, inops aut profanus ab hoste.
E ramen sonans facti uel ut aspides surdi
O rare satis debent aut se condere tales.

II 9 O. X. 51 R.

DE INFANTIBUS.

D uellum hostis subito uenit inundans,
E t prius quam fugerent, paruulos occupauit inertes.

I mproperandum eis non est, licet capti uidentur,
N ec quidem excuso: ob delicta forte parentum
F uere promeriti, ideo Deus tradidit illos.
A ttamen adultos hortor, in aluo recurrant
N ascanturque quasi denuo suae matri de uentre.
T erribilem legem fugient semperque cruentam,
I mpiam, indocilem, ferinam uitam uiuentem;
B ellum enim alium cum fuerit forte gerendum,
U incere qui poterit, aut certe iam scire cauere,
S . . . .

9, 19: I Cor. 13, 1. Ps. 57, 5. — 10, 6. 7: Io. 3, 3. 4.

II 10 O. XI. 52 R.

DESERTORES.

D esertores enim genere non uno dicuntur:
E st alius nequam, alius in parte recedit,
S ed tamen utroque iudicia uera decernuntur.
E cce militatur Christo, sicut Caesari parent.
R efugium Regis pete, si delictor fuisti;
T u illum implora, prostratus illi fatere:
O mnia concedet, cuius et omnia nostra.
R epositis castris ulterius caue delinquas.
E rrare noli diu miles per spelaea ferarum.
S it tibi propeccare desistere gestum immensum.

II 11 O. XII. 53 R.

MILITIBUS CHRISTI.

M ilitiae nomen cum dederis, freno teneris.
I ncipe tunc ergo: dimitte pristina gesta,
L uxurias uita, quoniam labor imminet armis;
I mperio Regis omni uirtute parendum,
T empora postrema si uis pertingere laeta.
I lla bonus miles semper exspecta fruenda,
B landire noli tibi, desidias omnino omitte;
U t tuo proposito cottidie praesto sis, ante
S ollicitus esto, matutinus signa reuise.

C um uideris bellum, agonias sume propinquas;
H aec gloria Regis, militem uidere paratum.
R ex adest, optato propter spem dimicaturam.
I lle parat dona, ille pro uictoria laetus
S uscipit et proprium satellem deduat esse.
T u tibi praeterea in Belian parcere noli,
I mpiger esto magis, ut reddat famam pro morte.

II 12 O. XIII. 54 R.

DE REFUGIS.

D amnatorum animae merito se ipsae secernunt.
E x hoc protegente iterum ad sua recurrunt.

R adix Cainaea maledictum semen erumpit
E t in seruili gente sub barbaro rege refugit,
F lamma quos aeterna torquebit die decreto.
U ult uagus errare sine disciplina profugus,
G rassari per fauces uiarum lege solutus:
I sti ergo tales, quos nulla poena coegit,
S i fidere nolunt, ab idolis respui debent.

II 13 O. XIV. 55 R.

DE LOLII SEMINE.

D e semine lolii, qui stant in Ecclesia mixti.
E xpletis temporibus messis separatur a fructu

L olium enatum, quod non miserat Deus.
O mne lolium agricola collectum separat illud.
L ex ager nobis est, qui fecerit bonum in illa,
I psa utique nobis praestat requiem ueram
I pse Dominator; nam lolium igne crematur.

S i ergo putatis, quoniam sub uno morantur,
E rratis: steriles Christianos uos esse designo.
M aledicta fuit arbor sine fructu ficulna
I n uerbo Domini, et statim exaruit illa.
N on operas facitis, non donum gazophylacio:
E t sic promereri Dominum paratis inanes?

14, 11. 12: Matth. 21, 19.

II 14 O. XV. 56 R.

DISSIMULATORI.

D issimulas Legem tanto praeconio latam,
I n tuba praesentem caelesti uoce clamante.
S i propheta tantum declamauisset in nubem,
S ufficeret utique Domini uox missa per illum.
I n tot profatorum uel minis uox Dei proclamat;
M alitiam nullus dimittit: ita aeque de corde
U is bona uidere et fraudibus uiuere quaeris.
L ex ipsa cur ergo processit tanto labore?
A buteris Domini mandata et te filium inquis;
T u si talis eris, sine causa uideris, inquam.
O mnipotens mites quaerit sibi filios esse,
R ectos, corde bonos, deuotos legi diuinae,
I mmites autem iam scitis ubi demersit.

II 15 O. XVI. 57 R.

SAECULARIA IN TOTUM FUGIENDA.

S i quidam doctores, dum exspectant munera uestra
A ut timent personas, laxant singula uobis,
E t ego non doceo, sed cogor dicere uerum.
C um caterua Mali pergis ad spectacula uana,
U bi Satanas fragoribus comparatur.
L icere persuades tibi, quodcumque placebit.
A ltissimi prolis cum filiis Zabuli mixta
R espicere num uis, queis renuntiasti, priora?
I n ipsis uersaris iterum, quid proderit Unctus?
A ut si pro languore datum quod stulte profanus

I . . . .
N olite diligere mundum neque ambitum eius:

16, 12: 1 Io. 2, 15.

T anta Dei uox est, et tibi pro leui uidetur.
O bseruas mandatum hominis, et Dei deuitas;
T u fidis muneri, quo doctores ora procludunt,
U t taceant neque dicant tibi iussa diuina.
M e uera dicentem si uteris, prospice Summum:

F ilius cuius eras, illi te adsigna clientem.
U iuere si quaeris gentiliter homo fidelis,
G audia te mundi remouent a gratia Christi;
I ndisciplinate quod leue licere praesumis,
E t choros histronicos et cantica musica quaeris,
N ec talis abolere uani reuerentiam curas.
D um uita frunisci putas, improuidus erras.
A ltissimus iubet, et iusta praecepta deuitas.

II 16 O. XVII. 58 R.

CHRISTIANUM TALEM ESSE.

C um Dominus dicat, in gemitum edere panem:
H ic ut quid nunc agis, qui cupis uiuere laetus?
R escindere quaeris sententiam Summi demissam
I n protoplasto: uis frenum procedere Legis.
S i Deus omnipotens cum sudore uiuere iussit,
T u qui iocundaris, eris iam exterus illi.
I ndignatum ait Dominum scriptura Iudaeis:
A b esca refecti surrexerunt ludere fili.
N unc ergo cur illos sequimur sponte prosectos?
U nde perierunt illi, nos cauere debemus.
M axima pars uestra luxuriis dedita paret.

17, 1: Genes. 3, 19. Tob. 2, 5. — 8: 1. Cor. 10, 7. (Exod. 32, 6).

T ransgrederis legem, cum te facis musicis; in te
A postolus clamat, immo Deus per illum:
L icentia uestra uos, inquit, in ipsa deperdunt.
E sto ergo talis, qualem uult esse te Christus;
M itis et in illo hilaris, nam saeculo tristis

E xcurre, labora, suda, cum tristitia pugna.
S pes cum labore uenit, et uictoriae palma donatur.
S i refrigerare cupis, ad martyres i,
E xspecta requiem futurorum transitu mortis.

II 17 O. XVIII. 59 R.

MATRONIS ECCLESIAE DEI VIVI.

M atronas uis esse, Christiana, ut saeculi duces:
A uro te circumdas aut serica ueste, pudica,
T errorem Legis ex auribus uento remittis,
R es uanas adfectas, cuncta de Zabuli pompa,
O rnaris ad speculum cincinnos fronte reflexos,
N ecnon et inducis malis medicamina falsa
I n oculis puris stibium peruerso decore,
S eu crines tingis, ut sint toto tempore nigri.

E st Deus inspector, penetrat qui singula corda:
C eterum pudicis ista necessaria non sunt.
C asto atque pudico sensu pertundite pectus;
L ex Dei testatur tales abscedere lege.
E x corde qui credit femina marito probata
S ufficiat esse non cultibus sed bona mente.
I nduere uestes quas oportet, frigus ut obstent
A ut nimium solis, tantum ut pudica proberis,
E t in plebe Dei facultatis dona demonstres.

17, 14: Rom. 1, 24 (?).
18, 9: Hierem. 17, 10. Ps. 7, 10. Act. 1, 24.

D as tibi momerium. Clarissima quondam
E xanimata iacens precibus uiduarum erecta
I n dando promeruit, non comtibus, inde leuari.

V os matronae bonae uanitatis fugite decorem:
I n feminas congruit cultura lupana?
V incite malignum, pudicae feminae Christi,
I n dando diuitias uestras ostendite totas.

II 18 O. XIX. 60 R.

ITEM IPSIS.

A udi uocem, quae uis Christiana manere,
B eatus Paulus qualiter te ornari praecepit,
C aeliloquax item Esaias doctor et auctor;
D etestatur enim prauitatem mundi sequentes:
E xaltatae, inquit, ceciderunt filiae Sion.
F as in Deo non est Christianam coli fidelem.
G entili more quaeris procedere Dei sancta?
H as Dei praecones damnant in Lege clamantes
I niustas esse feminas, quae se taliter ornant.
K apillos inficitis, oculos de nigrore linitis,
L unatis comulas granulatim fronte depictas,
M alam medicatis quodam superducto rubore,
N ecnon et inaures grauissimo pondere pendent,
O bruitis collum monilibus, gemmis et auro,
P almas Deo dignas praesagio malo ligatis.
Q uid memorem uestem aut totam Zabuli pompam?
R espuitis Legem, cum uultis mundo placere,
S altatis in domibus, pro psalmis cantatis amores.
T u licet sis casta, non te purgas sinistra sequendo:
U os ideo tales Christus cum gentibus aequat.

19, 2: 1. Tim. 2, 9. Tit. 2, 3. — 5: Es. 3, 16.

X . . . .
Y mnificato choro placitoque Christo placete,
Z elantes fauore Christo offerte odorem.

II 19 O. XX. 61 R.

IN ECCLESIA OMNI POPULO DEI.

I ustus ego non sum, fratres, de cloaca leuatus,
N ec me supertollo, sed doleo uestri, qui cerno

E x tanto populo nullum in agone coronari.
C erte si non ipse pugnat, uel suggerat illis.
C ladem obiurgate, ouantes efficite lucta!
L aborat frater aduersante mundo sub armis,
E t fartus opibus nec pugnas nec pugnanti resistis?
S tulte non intendis unum bellare pro multis?
I n talem pendit Ecclesia tota, si uincat.
A bstinere uides fratrem et pugnare cum hoste.

O bstas tu in castris pacem, foras ille repugnat:
M isericors esto, ut fiant ea omnia salua.
N ec intuis Dominum praeconio tanto clamante,
I nimicis etiam qui iubet alimenta praebere?

P randia ab eo prospice diurna, qui semper
O mnibus omnino diebus cum pauperis sumpsit.
P ascere tu quaeris, stulte, qui te denuo pascat.
U is ille mihi paret, qui componi proponit?
L aute cibatum distento uentre declamas.
O ppressus inopiam fratris iuxta tabesces!

D e die Dominica quid dicis? si non ante uacauit,
E x sua sede turba pauperem, quem ad prandium ducas.
I n tabulis spes est uestra de Christo refecto.

20, 14: Prou. 25, 21. Rom. 12, 20. — 23: Matth. 25, 35.

II 20 O. XXI. 62 R.

MARTURIUM VOLENTI.

M arturium, fili, quoniam desideras, audi.
A bel qualis erat, esto, aut qualis Isaac ipse.
R ectumque delegit Stephanus sibi uitam in iter.
T u quidem quod optas, res est felicibus: opta
U incere prius Malum benefactis recte uiuendo.
R ex ille tuus cum uiderit, esto securus.
I psius est tempus et nos in utrumque gerentes;
U t si bellum abest, in pace martyres ibunt.
M ulti quidem errant dicentes: Sanguine nostro

V incimus Iniquum; quo manente uincere nolunt.
O bsidiando perit et adeo sentit Iniquus;
L egitimus autem non sentit poenas adactas;
E iula euaque zelando pectus pugnis pertunde.
N unc si benefactis uinceris, martyr in illo:
T u ergo qui quaeris martyrium tollere Verbo,
I n pace te uesti bonis et esto securus.

II 21 O. XXII. 63 R.

BELLUM COTTIDIANUM.

B elligerare quaeris, stulte: quasi bella quiescunt!
E x protoplasto die pugnatur in fine uobis.
L ibido praecipitat: bellum est, compugna cum illa.
L uxuria suadet: abutere, bellum uicisti.
U ino copioso parce, ne per illum aberres,
M aledicti retinete lingua: munde Deum adora

C ompescere furiam; pacificum redde te cunctis,
O ppressus miseriis deprimere caue minores,
T ortorem adcommoda tantum et noli nocere,
T ramite uos rectum ducite sincero prae zelo.
I n tuis diuitiis comem te redde pusillis,
D e labore tuo dona, nudum uesti, sic uinces.
I nsidias nullo facias qui Deo deseruis:
A spice principium unde perit inuidus hostis.
N on sum ego doctor, sed Lex docet ipsa clamando:
U erba geris tanta uana, qui sub uno momento
M artyrium quaeris otiosus tollere Christo.

II 22 O. XXIII. 64 R.

DE ZELO CONCUPISCENCIAE.

D um cupis, inde peris; dum ardes proximi zelo,
E xstinguis te ipsum; quando te incendis abactus,

Z elaris alium, inuide, de malo latrantem,
E t te parem concupis fieri pecuniae tantae.
L ex sic non aspicit: dum illum incumbere quaeris,
O mnino suspensus uiuis in ardore lucrorum;

C umque reus tibi sis ipsum te iudice damnans,
O culorum acies nunquam satiatur auara.
N unc ergo si redeas et cogites, uana cupido est.
C . . . .
U nde Deus clamat: Stulte hac nocte uocaris!
P ostea momar ruit: cuius erunt ista talenta?
I n suprema aedis iniusta lucra conanda,
S uggeret cum Dominus unicuique uictum diurnum,
C ongestet alius: tu bene uiuere quaere.
E t Dei cur conscius agis super omnia uictor?
N eque enim dico aut te intimo uictum,

23, 11: Luc. 12, 20.

C um pro die tuo uigilas sine fraude uiuendo.
I n esca perit auis aut maeret improuida uisco.
A rbitrare tibi simpliciter ualde cauendum.
E xcedant alii finem, tu prospice semper.

II 23 O. XXIV. 65 R.

QUI DE MALO DONANT.

Q uid te bonum fingis alieno uulnere, nequam?
U nde tu largiris, alter cottidie plorat.
I sta tu discredis Dominum uidere? Doceris!

D ona iniquorum non probat Altissimus, inquit.
E rumpis miseris, dum fueris locum adeptus.

M unera dat alter, ut alterum reddat inanem,
A ut si faenerasti duplicem centesima nummum,
L argiri uis, ut te quasi malum malum depurges.
O mnipotens tales operas omnino recusat.

D onas tu de lacrimis: candidatus ille ingratis
O ppressus usuris deplorat factus egenus.
N anctus praeterea tempus captatoribus hostis
A d praesens populus: pretio tu sanctus iniquus
N ecnon et de lucro mercis uis te piare;
T e ipsum inlidis, non alienum, inique.

II 24 O. XXV. 66 R.

DE PACE SUBDOLA.

D ispositum tempus uenit nostris: pacem in orbe
E t ruina simul blandiente saeculo premit.

24, 4: Sirac. 34, 23.

P raecipitis populo, quem in schisma misistis:
A ut facite legem ciuitatis aut exite de illa.
C onspicitis stipulam cohaerentem in oculis nostris,
E t uestris in oculis non uultis cernere trabem.

S ubdola pax nobis uenit, persecutio flagrat.
U ulnera non parent, et sic sine caede ruistis;
B ellum in absconsum geritur, sub pace quin ipsud.
D e uobis uix unus caute sese gessit.
O malo nutriti et in occisione praedicti!
L audatis pacem subdolam et uobis iniquam.
A lterius facti milites, non Christi, peristis.

II 25 O. XXVI. 67 R.

LECTORIBUS.

L ectores moneo quosdam cognoscere tantum,
E t dare materiam ceteris exemplo uiuendi,
C ertamen fugere lites totidemque uitare,
T errorem premere, nec unquam esse superbos.
O bsequia iuxta malorum quoque deferte;
R eddite uos Christo humiles, filioli, magistro;
I nter agrestina benefactis lilia sitis.
B eati facti estis, cum feritis edicta.
U os flores in plebe, uos estis Christi lucernae,
S eruate quod estis et memorare potestatis.

25, 5. 6: Matth. 7, 3. Luc. 6, 41.
26, 9: Ps. 131, 17.

II 26 O. XXVII. 68 R.

MINISTRIS.

M ysterium Christi, Zacones, exercite caste,
I dcirco ministri facite praecepta magistri.
N olite ludere personam iudicis aequi,
I ntegrate locum uestrum per omnia docti,
S usum intendentes, semper Deo summo deuoti.
T ota Deo reddite illae sacra ministeria arae,
R ebus inde uersis exemplum date parati.
I nclinate caput uestrum pastoribus ipsi:
S ic fiet, ut Christo possitis esse probati.

II 27 O. XXVIII. 69 R.

PASTORIBUS DEI.

P astor si confessus fuerit, geminauit agonem.
A postolus autem tales iubet esse magistros:
S it patiens rector, sciat, ubi frena remittat;
T erreat in primis, et postea melle perungat,
O bseruetque prius, ut faciant ipse quae dicit.
R edditur in culpa pastor saecularia seruans,
I n faciem cuius sis ausus dicere quicquam.
B ullit in inferno rumoribus ipsa gehenna:
U ae miserae plebi, dubia quae forte uacillat!
S i talis aderit pastor, paene perdita stat,

D euotus autem continet recte gubernans.
E xhilarantur examina regibus aptis.
I n talibus spes et est et uiuit Ecclesia tota.

28, 3: Tit. 1, 7.

II 28 O. XXIX. 70 R.

MAIORIBUS NATIS DICO.

M e solum exposcit tempus uobis dicere uerum.
A b uno semper monitum, quod multi detractant.
I n me solo uolo odia conuertere uestra,
O mnium ut pausent praecordia tanta oratorum.
R espicite dictum, quod ueritas odia tollat.
I am praedixi quidem de pace subdola quanta!
B landiendo uobis subrepsit aeui seductor.
U os quia nescistis, laqueo iuste ruistis.
S orbitis omnino auarum animum saeculi ipsum.

N on gratis agit, pro quo interceditis, ullus;
A b igne qui refugit, agit in uoragine, uestro.
T unc repetit suppetium miser denudatus a uobis:
I psi iam horrescunt iudices peculantia uestra.
S . . . .

D e breuiori titulo non in uobis inararem.
I nspicitis dicentes, quibus uos ostenditis ultro;
C um ipsis et epulas capitis et pascitis ipsos.
O b ea iam terrae paene fundamenta paratis.

II 29 O. XXX. 71 R.

INFIRMUM SIC VISITA.

I nfirmus si fuerit frater, — de paupere dico, —
N olite uacui talem uisitare iacentem.
F ac sub Deo bonum, obsequia redde per nummum.
I nde reualescit, uel si conciderat ille.
R efoueatur homo pauper, qui non habet unde
M ercem det tibi pro illo, sed conditor orbis et auctor.
U el si pigeret ire ad pauperem semper abosum,
M itte nummos ei, unde se resumere possit.

30: Sirac. 7, 39. — 6: Prou. 14, 20.

S imiliterque foret, si paupera lecto decumbet:
I ncipiant uestrae matronae uictualia ferre.
C lamat ipse Deus: frange tuum panem egeno!

V erbis opus non est uisitare sed benefactis.
I niquum est, frater inopia uictus aegrotat.
S atagit non uerbus, sed esum potumque ille requirit:
I nspicite tales sed certe debilitatos,
T ransigere sese qui non possunt; date subinde.
A Domino uobis spondeo dari quadruplum.

II 30 O. XXXI. 72 R.

PAUPERIBUS SANIS.

P auperies sana quid, nisi diuitiae adsunt?
A rs certe si fuerit, iam et tu communia fratri.
U num praesta tibi, ne superbus esse dicaris.
P olliceor, quoniam securior diuiti uiuis.
E xcipe doctrinam magis Salomonis in aures.
R esponsorem in alto non dedit Deus pauperem esse:
I dcirco te subde et honorem redde potenti.
B landus enim sermo, prouerbium nosti, deriget,
U incitur officio etsi fuerit ira uetusta.
S i lingua taceat, nihil melius inuenissem.

S ane si non fuerit ars, unde uita regatur,
A ut operam praebe aut cursum iussu potentis;
N on pudeat neque pigeat procurrere sanum.
I n gazo praeterea de labore mittere debes,
S icut singularis illa, quam praetulit Unctus.

30, 11: Es. 58, 7.
31, 8: Prou. 15, 1. 25, 15.

II 31 O. XXXII. 73 R.

FILIOS NON LUGENDOS.

F iliorum casus licet et dolium cordis relinquat,
I n nigris exire tamen nec plangere fas est.
L ex prudenter ait animo, non pompa dolere,
I n Salomoniaco libro, septimana finita.
O blita Deum de resurrectione promissa,
S i martyres feceris, sic uoce deflebis?

N on pudet infrenem gentiliter plangere natos?
O s laceras, tundis pectus, uestimenta diducis,
N ec metuis Dominum, cuius optas regnum uidere.

L ugere quod fas est, nolite tamen errare pro illis.
U os ideo tales, quod minus quam gentes eritis
G ermine zabolico: qua gratia false petistis?
E xstinctos clamatis, ut faciatis turbam pronatam.
N ec dolore duxit pater filium mactandum ad aram.
D olore nec uates filium luxit defunctum:
O mnipotentis enim nec flens deducebat alumnum,
S ed Deo deuotus festinanter funus agebat.

II 32 O. XXXIII. 74 R.

DE POMPA FUNERIS.

D e funeris pompa sollicitus esse qui quaeris,
E rras Dei seruus, adhuc et in morte placere,

P ro! exanimum corpus ornari funestum.
O uanitas uera, cupere defunctis honorem!
M ens mundo detenta nec in morte Christo deuota!
P rouerbio nosti, quae per forum efferri uolebat.
A ddo illi similes effera mente uiuentes.

32, 3: Sirac. 38, 16. — 4: Sirac. 22, 13.

F austum felicemque diem in exitu uultis habere,
U t coeat populus, laudem cum luctu uidere.
N um prouides, quonam merearis ire defunctus?
E cce prosequuntur illi, tu iam forte cremaris
R edactus in poenam: quid proderit pompa defuncto?
I ncusatus eris qui ob ista collegia quaeris.
S ub uigore cupis uiuere: te decipis ipsum.

II 33 O. XXXIV. 75 R.

CLERICIS.

C ongruit in Pascha, die felicissimo nostro,
L aetentur ut illi, qui postulant sumpta diuina:
E rogetur eis quod sufficit, uinum et esca.
R espuis? ne forte qua memorentur ista pro uobis:
I n modico sumpto deficitis Christo donare.
C um ipsi non facitis, quo modo suadere potestis
I ustitiam Legis talibus? uel semel in anno.
S ic esse multos urgunt blasphemia saepe de uobis.

II 34 O. XXXV. 76 R.

DE FABULOSIS ET SILENTIO.

D um leue uidetur cuicumque neque uitatur,
E t quasi facile ruit, dum abuteris illud,

F abulae subueniunt, quo uenisti fundere preces
A ut pulsare domum stomachi pro delicto diurno.
B uccina praeconum clamat lectore legente,
U t pateant aures, et tu magis obstruis illas;
L uxaris labia, quibus ingemiscere debes.
O bsera malis pectus uel in pectore solue.
S ed quia diuitias faciunt aut pecunias fronte,
I nde perit omnis, quando sibi maxime fidunt.
S ic feminae quoque coeunt, quasi initient balneo;

E t de domo Dei ceu nundinas facitis artas.
T erruit ibi Deus domum orationis. Adesto,

S acerdos Domini cum „Susum corda“ praecepit.
I n prece fienda ut fiant silentia uestra,
L impide respondis nec temperas quae promittas.
E xorat ille Altissimum pro plebe deuota,
N e pereat aliquis, at tu te in fabulis uertis,
T u subrides ibi aut detrahis proximi famae,
I ndisciplinata loqueris, quasi sit Deus absens,
O mnia qui fecit, nec [audiat] neque cernat.

II 35 O. XXXVI. 77 R.

EBRIOSIS.

E brioso modum non probo: sed belua maior
B ibendo superbis, inferior amente recedis.
R egentes imperium tenent apud, stulte, Cyclopas,
I nde in histronicis. Dum mortuus, non bibo, dicis;
O ptima mihi bibere et corda sapire.
S ubministra magis, quod amplius quaeris abuti,
I nfimo paupero, et eritis ambo refecti.
S i facias ista, exstinguis tibi gehennam.

II 36 O. XXXVII. 78 R.

PASTORI.

P ascere qui quaeris et quod potuisti parasti,
A dsidue pascendo recte fecisti:
S ed tamen immisce pauperem, qui te non repascat,
T unc erit mensa tua per unum Deum probata.
O mnipotens tales uel maxime pasci praecepit.
R espice, cum pascis, infirmos, et faeneras Alto.
I n illos uos Dominus uoluit probatos adesse.

35, 12: Io. 2, 16. 37, 6: Prouerb. 19, 17.

II 37 O. XXXVIII. 79 R.

ORANTI.

O rantem si cupias exaudiri de caelo,
R umpe de latibulis nequitiae uincla,
A ut si benefactis ores miseratus egenis,
N e dubites, quin quod petieris detur oranti.
T u sane si nudus benefactis Deum adores,
I n totum ne facias sic orationem inepte.

II 38 O. XXXIX. 80 R.

NOMEN GAZAEI.

I ncolae caelorum futuri cum Deo Christo
T enente principium, uidente cuncta de caelo,
S implicitas, bonitas habitet in corpore uestro.
I rasci nolite sine causa fratri deuoto,
R ecipietis enim quidquid feceritis ab illo.
H oc placuit Christo resurgere mortuos imo
C um suis corporibus, et quos ignis ussit in aeuo,

S ex milibus annis completis mundo finito.
V ertitur interea caelum tenore mutato:
C omburuntur enim impii tunc igne diuino,
I ra Dei summi ardet creatura gemendo.
D ignitosi tamen et generati praeclaro
N obilesque uiri sub Antichristo deuicto
E x praecepto Dei rursum uiuentes in aeuo,
M ille quidem annis ut seruiant sanctis et Alto

Sub iugo seruili, ut portent uictualia collo,
Ut iterum autem iudicentur regno finito.
Nullificantes Deum completo millesimo anno
Ab igne peribunt cum montibus ipsi loquendo.
In bustis et tumulis omnis caro redditur acto:
Demergunt in inferno, trahunt poenam in aeuo.
Ostenduntur illis et legunt gesta de caelo:
Memoria prisca debito et merita digno,
Merces in perpetuo secundum facta tyranno.
Omnia non possum comprehendere paruo libello.
Curiositas docti inueniet nomen in isto.

39, 19: Luc. 23, 30.

I.

INDEX SCRIPTORUM.

Testamentum uetus.

Testamentum nouum.

II.

INDEX NOMINUM.

III.

INDEX VERBORUM.

